


Copiese la portada.

M.S. 4.º pergamino, completo, fo-
liado hasta 164. bien tratado.

Rotulata = Medina.

CONTROVERSIA
SCHOLASTICA.

De abditissimo Divinæ Prædestinationis
et Reprobationis Sacramento.
Sive commentarijs
Pro exponendo D. Thoma Præceptore Angelico
Ad 1am eius partem Quæst. 23.
Opus Divinæ Sapientiæ et bonitati Sacrum
Quod elaborabat Rmus Pater Magister
Florentius de Medina Hispalensis
Societatis Jesu
et in Corduvensi Collegio iterum Theol. Professor.
Scribebat D. Didacus de Verlanga et
Escamilla, Virginis Deiparæ
in Coelos Assumptæ purpuratus
Collega
Anno Domini 1672.




Auditoribus.

Materiae dignitas frustra commendaret iis, quibus
illius notitia ita cordi est, ut neque iusti eorum
voti mors gerere numquam revocabo, in huius
modi tractationis in cursu quodque voluntarie
destinaverit. ingrediemur itaque (ut aiebat
D. Augustinus huius misterii divinator eximius
epistola 105) ingrediemur magnum iudiciorum
divinorum profundum, quod scrutetur, qui potest; verum
tamen habeat praecipitium. neque enim ita sunt
iniusta quod occulta. quin imo in dubio, quod
hic disputationibus vos sabimus, misericordia
et veritas obviaverunt sibi, iustitia et pax os-
culatae sunt. nexu quodam ita mirabili, ita
indissolubili, ut vel hinc Deus nobis commendet
optimus, nobis ostendat iustissimus, nobis sap-
ientissimus appareat. in hoc quippe divinae
praedestinationis, et reprobationis sacramento
thesaurus ille est, quem Rhetor Apostolus admi-
rans suspiciebat dum dixit. O altitudo divi-
tiarum sapientiae et scientiae Dei quam incomprehensi-
bilia sunt iudicia eius et investigabiles viae
eius! quas et nos scrutari contendimus. ni desp-
ondentes animo, his laboribus nostris Domini sapientiae
et bonitati sacramus; haec siquidem gratiae
instant lucem, illa vero ad instar Thesei illius
ad percurrendas investigabiles vias Domini
ministrabunt. Faxit Deus, ut eventus votis res-
pondeat, et quos in decennii speculatione
sequimur, irritus labor futurus non sit. valete.

OPERIS

Partitio.



Praeviis controversiis ut perspicuitati, quae in tradendis disciplinis apprime necessaria est, consulamus, in quatuor distribuendas partes censuimus, quibus quidquid de hac re more disputari solet, circumscribi posse iudicamus. In 1a explicabimus de praedestinatione ipsa tam quoad quidditatem eius, quam quoad proprietates illius; in 2a disputabimus de electione efficaci ad gloriam, ubi varios huiusmodi praedestinationis modos expendemus et ad debitam veritatis trutinam revocabimus. In 3a sermo erit tum de causis, quam de effectibus Divinae praedestinationis. 4a denique Pars versabitur circa ea, quae spectant ad naturam et proprietates reprobationis, quae opponitur praedestinationi Divinae. His omnibus, totus annus hic de Divina praedestinatione cursum circumscribit; et quod clarius Angelicus Magister quaest. hac 23 primae Partis, praevia erit disputatio universalior de providentia Divina, quam idem S. Doctor quaest. 22 comprehendit, haec enim notitia licet per se in diversis tradita, lux erit ad cognitionem specialis illius providentiae, quae reperitur in praedestinatione. Rem ergo aggrediamur.

Disputatio praevia de Divinae providentiae natura et proprietatibus.

Caput 1um. Quid nomine providentiae intelligatur, et quod supplet ea in Deo sit.

Disp.o Praevia
De Divinae providentiae natura et proprietatibus
Caput [1]um
Quid nomine providentiae intelligatur, et quotuplex ea in Deo sit?

Inducimur in praesentem disputationem exemplo 1.o
Angelici Praeceptoris, qui ante tractatum de praedestinatione hanc etiam praemisit de providentia, ut videre est hac 1a p. te ista quaest. 22a. nomine autem providentiae intelligitur cura illa, rerum cuius opera gubernantur, et diriguntur; est enim providere quasi procul videre seu praevidere in ordine ad ea, quae futura sunt. unde providentia reperiri nequit nisi in subjecto intellectivo simul et volitivo, ut nimirum: per intellectum cognoscat eventus, scilicet fines, et media in ordine ad illos; per vero voluntatem ordinet, vel praeparet media finibus proportionata.

Quod hujus sit notio generali providentiae vel nos ipsi testes sumus, qui, et nos, et alios providos censemus, si hoc modo operari sapiciamus. Itaque pariter providentia in iis omnibus qui providi dicuntur aliud non est, nisi cura illa a qua oritur, quod rei providae hac potius quam illa ratione gubernentur. et ideo Deus dum providus dicitur intelligitur ut verus gubernator. Quia vero ad summum etiam perfectum spectat, quod res omnes sibi curae sint, ideo universalis provisor, et verus omnium gubernator, si semel providus sit, futurus est. 2

3

Ille autem

in Deo huius modi evidentia ita certus, atque conveniens lumini, ut conceptis terminis, probatione non egeat. quin immo inquirere an in Deo evidentia sit, quod est inquit Clemens Alexandrinus lib. 5° Stromatum Cap. 20, tamquam reos et poena dignos efficere posse disputatores suos. Ditat enim his testimoniis, his exemplis, his rationibus, aquarum omnium cumulo reddit veritas hic irrefragabili lumini naturali.

4 Et quidem testimonia catholicum firmissima sunt, et posse deducta ex Sacris litteris passim in Veteri, et Novo testamento. videatur liber Sapientiae praesertim Cap. 14 et D. Mathei Evangelium Cap. 6, ubi vel ex floribus agri ad cursum nobis in Deo ostendendis validissimus efficitur argumentus. exempla etiam pollitica sunt argumenta inelluctabilia, praesertim ea quae ex vitae communi nobis perspecta sunt, tamquam enim negabit esse aliquid supremum a quo gubernentur cetera, et quod eum perspiciat, dum vitae communis, et commercium contemplatur.

5 Adsunt etiam et rationes a priori satis aperta, prima uti D. Thomas hic art. 1° etenim si Deus foret causa non solus effectiva, sed etiam directiva creaturis, sine dubio esset formaliter providus, et habens providentiam; atqui Deus talis causa est; ergo in illo est formaliter providentia. Maior est certa; ostenditur minor: quod si Deus non esset causa directiva creaturis, non foret causa totius perfectionis, quae in creaturis reperitur; perfectio enim est in creaturis posse hoc vel illo pacto, se, in aliquem dirigere; atqui Deus causa est omnis perfectionis, quae reperitur in

creaturis. q. ett.

Sic accedit mundi ipsi visibili
tã rerum celestium, quã sublunarium, qui firma sea-
vissitudine et invariabili varietate astrorum
motum, frequent. generationum corruptionum, quæ
omnium e vel sensibus ipsis percipiendum q.
det n. solum supremum aliqd omnium principium, etiam
universalem rerum omnium gubernator, et Rector. A.
hoc ipso ille providum formaliter debet esse; alioqui
n. foret formaliter gubernator. q. illa eadem certi-
tudine, qua constat Deum esse omnium causam, constare
debet esse etiam rerum omnium gubernatorem et provisorem
q. in Deo reperitur hoc attributum, quod providentiam
nominamus, ita exigente ordine ipso creaturum
et perfectione entitativa ipsius Dei. vide si
placet inter innumeros huiusmodi philosophos D. Thomam
lib. 3. contra gentes cap. 72. et pre omnibus Salvianum
Massiliensem rem hanc elegantissime versantem.

Quoniam
hæc ita sint, fuere tamen perditissimæ vitæ homines
(et forte reperiuntur etiam nunc) qui Deo providentiam
denegarent ut liberiorem sibi vitam statuerent. causa-
bant ergo primo, quod posita in Deo providentia, quem
ornare perfectionibus volumus, reddimus miserum
et infelicem, utpote addictum rebus innumeris, et
sordidis, et minutissimis, quæ officiant maiestati.
ergo in Deo providentia n. debet esse, ne efficiat nimis
negotiosum, et rerum mole gravibus fatigatum. 2°
quod sit iniquum inter versari et prosperari impios,
bonos etiam in amicorum perniciem conversari: q. in

in Deo providentia non est; aliter enim iusti premio, et impii supplicio semper afficerent. 3° quod Deus si providus foret, imprudenter ageret, si vulgum tot tantisque vicissitudinibus obnoxium relinqueret. quare qui Deum imprudentem dicere nequimus, providum dicere non debemus.

8 Hec mi (?) praestigie sunt non ratiocinia et 1° quidem stultissime, et stolidissime dicitur, Deus fatigatus in sua providentia; est enim natura sua ... cui malum accidere non valeat, ut apprehensio Deitatis recte efformata persuadet. 2° iniquum non est, quod iustissimus sapientissimusque quod iustis, ac iniustis accidere videmus; cum hinc efficax desumatur argumentum ad probandum, quod utrisque maiora restant suo tempore percipienda. Cur autem Deus providus impios grassari in perniciem iustorum causa est, ut exercitio iustis sint et illis, et ceteris exemplo. 3° vel hinc commendatur sapientia et potentia Divina, quod iis motibus, quibus natura videbatur disrumpenda, eius, mirabiliter servatur, ut Deo serviant etiam et illa, que eius ordinationibus contraria suspiciunt.

9 Nec faber deliramento eorum, qui providentiam negaverunt, Apostolus dum dixit 1a ad Corinthios nono, nunquid de bobus cura est Deo vobis: nam ibi solum negat Deo eam providentiam que datur viris crescentibus rationalibus, quam ex Deuteronomio cap. 25 inter Deus etiam de his providentiam habuisse dum precipit. non alligabis os bovi triturantis. nec etiam faber D. Hieronimus, dum ad caput 1um Habacuc, ubi dicitur, Mundi sunt oculi tui ne videant malum, videt

insinuare, Deum non habere providentiam specialem circa minima haec inferiora, ut muscarum numerum [illegible] et similia; sed [illegible] eius est S. Doctor a providentia speciali [illegible] creaturas rationales atque quicquid subtrahere debet rerum harum irrationalium. 4

Provi- 10

dentia itaque quae Deo inest multiplex est. nam 1o dividitur (quatenus illa [illegible] sit) in providentiam naturalem, et moralem. naturalis, quae etiam dicitur physica, est illa qua Deus gubernat res ratione carentes, eas dirigit in suos naturales fines. moralis illa est, qua dirigit creaturas rationales per media libera in suos fines naturales actus. Hanc autem etiam disponet providentia philosophica 2a ea divisione moralitatis, quae nos tradidimus in controversia de actibus humanis disp. 3a. 2o dividitur moralis haec providentia in illam, qua creaturas rationales Deus gubernat in ordine ad se ut finem naturalem; et in illam, qua easdem regit in ordine ad se, ut supernaturalem finem: Porro sub hac divisione providentia alia erit naturalis, et alia supernaturalis. haec supernaturalis 3o dividitur in eam, quae respicit electos, et vocatur praedestinatio, de qua fore tota haec controversia; et in illam quae ad reprobos spectat et appellatur reprobatio, de qua sermo erit parte ultima huius controversiae.

Caput 1um

De actibus quos affert ex parte Dei Providentia Divina.

Inprimis tamquam certum supponi debet, quod providentia Divina tota sit in actibus ipsi Deo immanentibus, 11

n vero in ipsa actuali rerum gubernatione. q̃d est: quæ actualis directio creaturarum in suos fines et effectus. proveniens ex providentia, ut omnes supponunt; cum sit ipsius providentiæ executio. atqui effectus providentiæ non pertinet ad rationem ipsius providentiæ, sicut non pertinet quivis alius effectus ad rationem suæ causæ: ergo actualis rerum gubernatio non pertinet ad providentiam, prout hæc constitutionalis directiva est. tota ergo ratio providentiæ Divinæ penes Deum est, et reperitur in actibus illius, secundum quod agens rationale est.

12 Certum est 2°, quod ibi intercedere debeant ex parte Dei actus intellectus, et actus voluntatis. hoc videtur per hæc: quod ut quis sit providus, necesse est cognoscat saltem proportionem mediorum, et eorum proportionem ad eos fines quos intendit; sed hoc pertinet ad intellectum: ergo ad providentiam requiruntur actus intellectus. maior probatur: quia licet eventus bonus sit, si casu fiat, non oritur ex providentia ut communis apprehensio persuadet; sed casu fiet, nisi detur cognitio: ergo ut quis providus sit, cognoscat necesse est. — Rursus non sufficit cognitio, nisi accedat aliquis actus voluntatis, quo Deus saltem vellit applicare et exequi ea media, quæ videt utilia in ordine ad finem. probatur: quia nisi detur talis voluntas, non dabitur applicatio et executio eorum mediorum, quæ utilia visa sunt; ergo ad providentiam etiam requiritur actus voluntatis. constat hæc consequentia: nam ad providentiam spectat, quod applicentur media, quæ proportionata prævisa sunt. Antecedens etiam certum est: quia voluntas Divina vel est formaliter applicatio, vel causa applicationis talium mediorum: ergo nisi ea detur non dabitur executio, et consequenter neque providentia formaliter.

Videt

Videtur etiã certum 3º, quod in Deo in ordine ad providentiã
reperiantur actus sequentes. 1º enim ex parte intus invenitur actus pertinens ad scientiã simplicis intelligentiæ quo 13
cognoscat possibilitatẽ finis intendendi aut intenti, et
etiã possibilitatẽ, idoneitatẽ quæ mediorum in ordine ad
talẽ finem. alioquin providentia cæca foret, et imprudens, impotens quæ dirigere voluntatẽ decernentẽ
et potentiã operantẽ, ac exequentẽ. 2º datur etiã ex parte
intus Divini actus scientiæ mediæ, quo attingit
eventus vel non eventus in statu conditionato, hoc est
quo cognoscit, an sit ponendus vel non finis immanens
per media licet ex se conducibilia. an vero iste
actus det ex indigentia providentiæ, vel ex sola perfectione
Divinâ, questio est inferius determinanda. 3º datur etiam
ex parte intus Divini actus scientiæ visionis quo videt effectus
absolute futuros vel non futuros. hæc autem scientia non pertinet
ad providentiã Divinã, dum illã subsequitur, ut post dicemus.

Rogabis 14
statim, an det, darive possit actus alius intus ex parte
Dei, qui appellatur imperium monasticum, et est actus ille,
quo Deus decretat ad directionem rerum exequendam,
explicatur quæ per necessitatem fac hoc. Thomistæ omnes existimant dari in Deo actum huiusmodi ita explicabilem,
cuius ~~nult~~ munus est applicare immediate potentiã executricem
ad operandum. hic actus autem, inquiunt, est operatio intus
non mere cognitio, dum impulsus quidam mentalis, quo practice
determinatur potentia ad operandum, subsequitur quæ ipsius
voluntatem deponenda operatione, huic sententiæ ex parte
subscribit Pater Granado hic. disputatione 2ª.

Conveniunt cum 15

omnium Doctorum nostrorum sed ejusmodi imperium in Deo non
reperiri ex pro intus probatur quod tale imperium superva-
caneum est ad munus pro quo introducitur: ergo non datur in Deo
ante probatur quod ad explicandum potentiam exequentem satis est
actus efficax voluntatis; hoc enim ipso quod efficax sit,
est applicatio potentiae executivae ad operationem volitam
et si non effective, saltem causative, cum hac ratione differ-
at a voluntate inefficaci: ergo actus alius imperii sup-
ervacaneus est. Urgetur amplius inutilitas huius imperii:
nam si illud ponitur post liberam voluntatem, vel terminatur
ad Deum, ut ipse sibi imperet, vel terminatur ad
creaturas ut illae ex imperio Divino sint, sed neutrum; quod ex
adversariorum sententia imperium est id, per quod creaturae
producuntur: ergo terminari non debet ad Deum, et ad illas
non etiam. quia creaturae vel natura sua sunt incapaces percipiendi
tale imperium; vel si capaces sunt, pro illo statu pro quo
absolute nihil sunt, id nequeunt percipere: ergo
nequit tale imperium ad creaturas terminari. Praeterea ubi
L6 imperium positum in Deo ante determinationem agentis liberi ad
suos actus non relinqueret illi libertatem: ergo tale imperium
reperiri non poterit saltem in ea providentia qua creaturae
liberae diriguntur in suos fines. probatur ante; quia hoc im-
perium erit aliquid ante exercitium libertatis, illud infallibi-
biliter inferens, et quod creatura libera non habet in sua potestate
ergo non relinqueret libertatem. hoc ratione vitatur ex nostris omnibus, qui
nimirum praedeterminationes physicas praedeterminationes rejiciunt utpote adver-
sibus libertati. ante vero probatur. nam hoc imperium
applicat potentiam ad operandum, et illam determinat; ita illo posito ponitur
operatio, et sine illo non ponitur; ergo quod est ante determinationem

ipsae, et potius ut ipsa determ. mentis Dei, qui illud exhibuerunt: ergo tale imperium est actus utrum libertati illud inferens, nec manens in potestate creaturae, sub quo omnibus libertas in differentia pereat necesse est.

Dices imprimis pro hoc imperio, illud insinuari in Sacris litteris, nam genesis 1o dicitur, dixitque Deus fiat lux, fiant luminaria producant aquae, germinet terra herbam virentem: ubi verbum dixit denotat imperium, quo Deus operatur. Ergo in Deo tale imperium invenitur. Confirmatur quod agentis rationalis est operari per imperium, ut docet David rege dicens, lauda anima mea Dominum, benedic anima mea Domino etc. Ergo Deus qui perfectissimum agens rationale est, debet etiam operari ex tali imperio. Confirmatur iterum: quod ad rationem perfectae prudentiae requiritur hoc imperium; nam prudentia est pars prudentiae: ergo ad illam requiritur imperium ex parte intellectus. Maior probatur: nam in nobis hoc imperium ex ratione prudentiae reperitur. Ergo id etiam requiretur in Deo ex ratione prudentiae perfectissimae. Confirmatur denique ex D. Henrico, qui licet hoc thomisticum imperium aversetur, admittit adhuc actum imperio similem: nam in nobis, in quibus reperiuntur actus succorij quibus excitamus nos ipsos ad operandum; et hoc quidem non alia de causa, nisi quod sola voluntas efficax sufficiens determinativus non est resoluta: ergo etiam reperientur in Deo actus huiusmodi per rationem eandem, qui actus equivalentes imperio sint. L7

Respondetur facile quod in Scripturae locutionibus, et aliis similibus solum denotatur voluntas efficax, ex qua proveniunt operationes L8

ad extra, et se habet ad modum imperii. ad 3. confirmationem
dicendo ante, agenti rationali esse operari per imperium
quando se, non ante; per imperium quando aliàs, omitto antecedens. nam
imperium quando se necessarium non est, et proinde inutile, ubi adest
voluntas efficax de operatione. An vero detur vere alteri
prius, nobis curae modo non est, quod si David animae
videtur imperare Dei laudes, hoc (esto imperium
sit) monstrum non est; cum sit homini ad partes sui, quae
realiter distingui debent, et ut verius fateri liceat, per ejus-
modi voces solum denotat efficax desiderium laudandi
Deum, ut communis fert Doctorum interpretatio. secundae confirmationi
non nego, quod prudentia ejus perfectissima non
indiget tali imperio, et dictamine practico de operatione;
et hoc quidem non solum tantum in Deo, et etiam in nobis. ad ultimam
confirmationem dico ante: non in causalitate, quae illi annectitur.
nam actus isti suasorii saepe in nobis reperiuntur, non ex defectu
voluntatis efficacis, quae efficax est, et ex facilitate cessandi
a tali volunt(ate) propter distractiones ad alia, a quibus
iis suasionibus retrahimur, quod in Deum cadere
non valet.

49 Dices ulterius. Deus habet imperium de pluribus,
de quibus nequaquam habet providentiam; ergo ut providus sit debet
habere non qualiscumque actus, et imperium: confirmatur. quod
Deus ut provisor operatur ut supremus Dominus, et dirigit
formaliter ex Dominio: ergo operatur per imperium. probatur
consequentia: quia ad rationem Domini ut talis formaliter pertinet imperium:
ergo Deus providens operatur, ut Dominus ex
imperio debet operari. — Ad 1. concedo ante, negando
consequentiam. Deus non habet de omnibus, quae cognoscit, voluntatem
efficacem, et ideo de omnibus illis non habet providentiam

qua aliquid dicere debet, ~~vel~~ de linea intrinseca, etc. aliquid de linea voluntatis, quam opus sit ad iungar imperium ostrationi dicendo ani: Deus ut gubernator operat ut supremus Dominus rerum creatarum, omitto ani: rerum suum ipsius, non ani. quis enim ita delirus fuerit, ut iudicaverit Deum habere verum Dominium supra se ipsum, cum inter Dominum et Dominatum intercedere debeat vera distinctio. Imo hinc colligunt Sancti Patres distinctionem personarum in Divinis, dum interpretantur illud David, dixit Dominus Domino meo, quatenus Dominus et Dominus denotet unum et aliud; quod stare non deberet, si Deus et sit Dominus sui ipsius, et Davidis Dominus. Deus ergo in gubernatione creaturarum operatur ex Dominio quod in illas, non quod in se ipsum; hoc enim omnino impossibile est.

Preter actus 2o intrinsecos de quibus hactenus, reperiuntur in Divina providentia actus etiam voluntatis sequentes. 1o quidem datur in Deo intentio salutis quatenus est ex se efficax de obtinendo fine in quem diriguntur creaturae. 2o datur voluntas efficax, qua eligit per hoc medium pre aliis etiam inter plura conducibilia: 3o sequitur voluntas exequens tale medium applicans quae oi[?] potest, ut illud revera succedat. Quos actus subsequitur actualis rerum gubernatio, quae est actus providentiae, seu effectus illius, ut notavimus num.o 11.

Actus itaque et intrinseci quae voluntatis reperiuntur in providentia non separati, sed ordine sequente dispositi, et quasi permixti. 1o cognoscit Deus per scientiam simplicis intelligentiae possibilitatem finis; et mediorum, conducibilitatem quae istorum ad finem. 2o dat

actus scientiae mediae, quo cognoscit mediorum congruitatem et efficaciam, ac sub illis eventum in ordine ad assequutionem finis. 2° requirit intentio talis finis; et intellectio electionem mediorum praevalius; post meus voluntas eas exequentis. tandem datur in Deo scientia visionis, qua videt eventum absolute futurum, et futurum absolute creaturum gubernationem.

Caput 3um

Qui ex actibus intellectus aut voluntatis per se requirantur vel similiant Providentiae Divinae?

22 Cum ex parte intellectus Divini reperiantur actus triplicis illius scientiae de quibus sermo fuit supra num° 18, operae pretium modo erit declarare an omnes per se requirantur ad providentiam, illamve similiant. quod si non omnes ita se habeant quinam sint de ratione providentiae Divinae. pro cuius rei decisione Revocandae sunt in memoriam divisiones providentiae declaratae num° 20; quia ex earum diversitate diversimode ferendum est iudicium.

23 Ut vero recta methodus servetur et a facilioribus incipiamus, dico 1°. actum intellectus Divini qui sit scientia visionis per se non requiri ad providentiam. probatur: nam providentia Divina debet esse ratio illa a qua tota quia cum directiva gubernantur creaturae ad fines sibi praefixos, ut omnes supponere debemus; et scientia visionis nequit pertinere per se ad eam huiusmodi: ergo neque spectat per se ad providentiam Divinam. minor probatur quia talis scientia praesupponit causam illam directivam, a qua creaturae hic et nunc gubernantur, et praesupponit

ponit

presupponitur eius ipsius rerum directionem, cum sit posterior existentia sui obiecti: quare spectat portionem ad huiusmodi causam per se. distinctione vera: nam si spectaret ad talem causam se haberet ex parte causae; si se haberet ex parte causae, foret prior quam existentia talis rei directe, cum aliunde debeat esse posterior: ergo etc. 8

Dico 2º. ad quiddam entitativum requirit per se actum intellectus divini, qui sit scientia simplicis intelligentiae. suadetur. etenim providentia includit aliquem actum ex parte Dei, qui voluntatem illuminet, et possit constituere media in ordine ad finem. sed ad hoc munus per se requiritur scientia simplicis intelligentiae: ergo illa spectat per se ad providentiam divinam. minor probatur, quod haec scientia de luce est saltem virtualiter practica, quae dirigit productionem creaturarum et earum ordinationem ad finem, cum repraesentet non solum quidditates, sed eius productionis, et producibilitatis habitudinem ipsarum: ergo ut illuminet voluntatem divinam per se requiritur scientia simplicis intelligentiae. hac enim luce praeeunte, accedit actus voluntatis, ex quo postea et resultat ratio divinae providentiae, seu vis illa directiva creaturarum et mediorum in fines. 24

Restat 25

Dubium quoad scientiam mediam, seu conditionatorum, de qua grave est dissidium inter nostros Doctores. docet quippe 1º pars, huiusmodi scientiam per se requiri ad rationem perfectae providentiae. ad hoc tamen authores illi, qui plures numerantur, divisi sunt in designando modo, propter quem haec scientia per se requiratur. nam Vazquez eam requirit, ut providentia sit in statu absoluto

q. ad hanc spectat intentionem efficacem dependenter
a scia media. Per Suarez et Doctores non nulli exigunt
ex parte providentiae, ne scilicet Deus media tribuat
quo modo. Per Ifferice docet, ex perse exigi, q. ad providentiam
spectat cognoscere eventus mediorum, qui in causis lib-
eris cognosci nequit absque hac scia. quam etiam nos
ex requirit Per Ribas, et alii communiter, ut videre est
apud Iton disp. 37, sect. 5. Nota tamen eiusmodi

26 scientiam perse non requiri etiam ad perfectissimam provi-
dentiam, ut providentia est, q. sit, an ex alia ratione
requiratur. Ita Per Arriaga disp. 37 num. 37, quem
plures sequuntur, praesertim ex RR. PP. Supponunt enim hac
sic, scientiam mediam in Deo reperiri, et permanere
eius adhuc munus perfectissimae providentiae, etiam si ea
in Deo non praeintelligatur. unde licet aliqua providentia
vel illa quae efficax sit petat perse eiusmodi scientiam,
at vero communissima, qua abstrahit ab efficaci, et
inefficaci, illam perse non exigit.

Ut iudicium hac in parte
27 ferre possim nota, providentiam posse subire duplicem
considerationem ex praesenti. Prima est, qua providentia Divina sci-
pit quasi intensive et in ratione sui intensiva, hoc est
quantum sit ratione illa qua Deus gubernat creaturas, quantum
satis est ad munus perfectissimi provisoris exse, et etiam
quantum satis est ad munus idem, quantum est ex parte cre-
aturarum, sive illae liberae sint, sive naturae quoad op-
erationes. Secunda consideratio est, qua dici potest providentia
Divina quasi extensive, et in ratione extensibilis sui, id est,
quantum sit ea ratio, qua Deus gubernare potest creaturas.

4

ob diversum modum, quo illae possunt gubernari: sic enim 9
non pertinet ad ipsos intensivos et quidditatibus
Divinae providentiae, sed ad modum, quo ipsa extenditur ad
creaturas dirigendas.

Dico nunc 3°. quamvis illud necessa- 28
rie sit medium comparat providentiae Divinae decidendum per
varias doctores. Dico sed ad ipsius perfectissimae providentiae,
quoad intensivos illius per se non requiritur scientia media,
probatur a priori. Nam ut detur perfectissima providentia
quaeque est ex parte Dei, et creaturarum, sufficit quod Deus pria
sub quibus a scientia ponantur media ordinata
vi ordine ad finem intentum; sed quia ante scientiam
mediam, vel saltem illa non intellecta, possunt intelligi
haec omnia, sub quibus scienter ponantur talia media: ergo
talis scientia per se non requiritur ad perfectissimam ipsius
providentiae Divinae secundum intensivos illius. Probatur consequentia
prima quia illud sine quo stare potest ipsa providentia
Divina, negatur per se requiri ad talem providentiam,
ut apud omnes est indubitatum in numeris aliis exem-
plis. minor autem huius discursus certa est ex numero
23. probatur minor: quia ante scientiam mediam intelli-
guntur ea omnia, licet in statu conditionato, per quae Deus
intelligit ea praeparans creaturas ad obiectum, cum haec omnia sint
obiectum talis scientiae, et ideo cognoscantur quod sunt, non
vero sint, quod cognoscuntur. imo in sententia Societatis frustra
poneretur scientia media si aliquid prius, vel medium
poneretur in statu absoluto, quod non praecessisset prius
in statu conditionato, praesertim si per se requisitum sit.
ergo ante scientiam mediam intelliguntur omnia et media
per quae dirigantur creaturae, quod satis est ad ipsius

perfectissimae providentiae Divinae. probo 1°: quia ante illam
per solam scientiam simplicis intelligentiae intelligit
Deus conferens scientiam medium ad assequendum finem,
et ponendo usque ad operationem, ut probatum manet: et
intelligit vero perfectissimam providentiam secundum rationem
intensivam sui, quia solum dicit praeparationem mediorum
quae proportionata sint et non casu tribuantur. Probatur

29 aliter eadem conclusio, si esset per se Requisita haec scientia
ad Rationem perfectissimae providentiae, maxime declarato
foret ut medium ex providentia conferendum redderet
infallibile, vel ut Deo constaret de eventu futuro sub
tali medio. atqui neutrum requiritur per se ad
rationem perfectissimam providentiae secundum intensivam
sui. ergo. minor probatur. et quidem 1a pars constat ex
eo, quod Providentia etiam perfectissima non debet
assequi semper finem immediatum, sed solum exigit, quod
non stet per ipsam, quo minus creatura assequatur finem
sibi praefixum: ergo non requiritur per se quod medium
reddatur infallibile, ad quod necessaria tamen erat scientia
media. Rursus, neque requiritur quod Deo constet
de eventu futuro. nam sic conferant a scientia media
extra proportionata ad finem intentum satisfit perfectis-
simae providentiae quae solum exigit collationem talium
mediorum, et quod ultra addatur ultroneum est: ergo non
requiritur cognitio de eventu futuro ad providentiam
ex ratione providentiae etiam perfectissimae. Sit 2a conclusio.

30 Divina providentia extensive accepta illud est quatenus
connotat ejus directionem creaturarum, qua Deus dirigeret

creaturis omnibus modis quibus illis dirigibiles sunt, per se
exigit scientiam mediam. explicatur, et hoc vero
probatur Resolutio. quia inter omnes modos quibus creaturae
dirigibiles sunt ad fines, alter est ille, quo
creata assequatur tales fines libere. item alter est quo
media conferenda libere debeant poni a diligentia
creatura. ut alter modus providendi petro quod
libere elliciat re ipsa actus charitatis, et non precise
possit: alter etiam est, quod possit sufficienter converti
quibus re ipsa non convertatur persuasionibus pauli,
qui eis libere alloquatur. quod hi modi possit Deus
providere petro extra dubium est. nunc sic: quod ad
hos modos providentiae per se requirit scientia media.
ergo illa necessaria est per se ad providentiam extensive
acceptam. minor probatur. nam ad dirigendum opera
libera, ut talia scientia media per se necessaria est
in sententia admittente tales scientias; atqui in his modis
providendi assignatis debet dirigi diligentia opera-
tio libera ut talis: ergo in illis est per se necessaria
scientia media ad dirigenda diligentia opera-
tio libera, constat. quod debet dirigi, aut finis
assequendus, videlicet actus charitatis libere
elliciendus; vel medium de se sufficiens ad conver-
sionem, nempe libera alterius exortatio: ergo in
tali providentia dirigi debent operationes libere, ad
quod scientia media per se necessaria est.

Secundo dico. ad providentiam efficacem quoad causas liberas per se necessaria
est in Deo scientia media: hoc secundo deducitur ex precedenti
conclusione. in illius probatione de habitu, dicitur ad sui comitis necessitatem tales

talis scie ad vf praedestinatus. interim vero sic probatur: pro-
videntia Divina efficax cum causarum liberarum talis est
ut per media indifferentia assequatur infallibiliter finem
intentum; sed hoc fieri nequit sine scientia media: ergo illa
perse necessaria est ad providentiam Divinam efficacem. maior
omnibus certa debet esse. probatur minor: quia media ista in-
differentia non aliter redditur infallibile quam praeeunte
aliquo modo scientia, per quam Deus scit eventum certo
futurum: ergo quod Deus infallibiliter assequatur finem
intentum per media indifferentia, ut exigit providentia
efficax, et cum libertati. fieri nequit sine scientia
media: ergo haec perse necessaria est ad providentiam
Divinam efficacem.

32 Deveniendo ad actus voluntatis
Dico 4º. ex parte Divinae voluntatis perse requiritur actus
aliquis, qui sit aliqua intentio finis; et etiam actus
aliquis, qui sit efficax electio mediorum. probatur con-
clusio in primis de intentione, etenim Deus providere
alicui creaturae est formaliter illi finem praefigere, et prae-
parare media proportionata ad illum assequendum,
ut nemo dubitat: ergo ad providentiam necessaria est perse
aliqua intentio finis. probo consequentiam: quia praeparare ~~media~~
~~prop~~ media stare nequit sine voluntate finis, ad
quem praeparantur talia media; sed voluntas ista
finis non est aliud, nisi aliqua intentio finis: ergo prae-
parare media stare nequit sine aliqua inte-
ntione finis, et consequenter intentio aliqua requiritur
perse ad providentiam Divinam. an autem talis inten-
tio futura sit efficax, vel non, infra determinabitur.

Rursus

Rursus quod per se requiratur etiam ellectio efficax 11
mediorum, videtur apertum: quia preparare media aliud
non est, nisi velle conferre actu media ordinata ad 33
finem etiam ordinatum; sed velle conferre ea media per se
dicit actum qui sit ellectio mediorum, cum nomine ellec-
tionis nihil aliud intelligamus quam actum qui fertur
ad aliquod obiectum ut quod illud educere potest et habet
proportionem ad finem: ergo preparare media dicit
per se actum voluntatis qui sit ellectio. atqui ad
providentiam requiritur per se haec preparatio: ergo et
per se requiritur haec mediorum ellectio. Ut quod illa
efficax futura sit, etiam videtur certum: quia per se re-
quiritur providentia Divina quod ista preparatio talis
sit ut vi illius reipsa ponantur media; sed voluntas
illa vi cuius reipsa ponantur media debet esse voluntas
efficax ut extra res praesens constans est; ergo ista voluntas
quae sit ellectio mediorum, efficax debet esse. Cum igitur per se
requiritur ellectio, vi cuius reipsa ponantur media, per se
requiretur etiam ellectio quae voluntas efficax sit.

Denique 34
etiam requiritur per se ex parte Dei providentis, ut optime
notavit Pater Izquierdo tractatu 11° disputatione 37 numero 81
aliqua virtus effectiva ex parte Dei per quam ratione cuius possint
poni operationes ad extra intervenientes in unaquaque
providentia. probatur: quia nulla Dei providentia est in qua
non reperiantur aliqui effectus ad extra, sed ad illos per se
requiritur aliqua virtus omnipotentiae: ergo etiam requiretur per
se ad providentiam Divinam. Maior probatur: nam licet saepe
non ponatur finis ex providentia intentus, at semper
ponuntur media ex se proportionata ad talem finem,



qq media sunt aliqd extra ipsum Deum: quod nulla est provi dentia in qua non ponantur operationes ad extra. ptioa quod tri oi re ipsa ponunt, et conferunt media, alioqui providentia non foret re ipsa.

Cum ex hactenus dictis firmum

35 maneat provi actus tam intellectus quam voluntatis, per se necessarij sint ad providentiam Divinam, restat nunc intentio non levis, quibus prore vocabulis inter Doctores, quae actuum quoniam ex predictis sint essentialiter providentia Divina seu formaliter illa aut quasi forma qua Deus providens formaliter denominatur. Certe tum Doctor Arriaga et Recentiores communiter, actus intellectus et actus voluntatis quaecumque in recto esse id, quod dicitur forma seu ratio quia Deus providens denominatur, ita quod non quilibet actus sit forma sufficiens seu vero quae hoc pro hoc illud est in recto hoc forma, quod si precise ponatur ponitur, et si precise auferatur tollitur, seu non manet ratio formalis Divinae providentiae; et quod ita se habent actus predicti: probatur minor: quod si non intelligatur actus intellectus non intelligitur ratio illa se tenens ex parte Dei, si autem non intelligatur actus voluntatis, etiam non intelligitur preparatio mediorum: item hic intellectis, nihil deest formaliter, ut directio actualis reducatur ad actum Dei, nisi ipse actus Dei, ut dictum est supra meditanti: ergo actus intellectus et voluntatis ita se habent ad providentiam Divinam, quod si precise ponantur ponitur, si precise auferatur aliquis, tollitur ratio formalis Divinae providentiae.

Censeo 2o actus,

36 qui in recto afferunt providentia, esse ex parte intellectus scientiam simplicis intelligentiae quoad actus suos virtualiter practicos, et ex parte voluntatis intentionem finis proportionati subito, et ~~...~~ et electionem mediorum ad talem

finis conducentis probatur de singulis et quidem per actum suae
huius videtur extra dubium: quod hoc ipso quod aliquis actus
scientiae sit distinctus providentiae divinae saltem debet esse
ille quo voluntas illuminetur ad suum actum; at hic est
actus scientiae simplicis intelligentiae: ergo ille distinguitur ex parte
intus providentiae divinae ut talis. — Praeterea ex parte
voluntatis distinguitur intentio finis proportionati subiecto cui
providet. probatur: nam providentia universalis et illimitata
qualis providentia divina est, non solum debet esse cura de
mediis conducentibus ad hunc finem generalem, sed etiam sollicitudo
de fine non degenerante subiecto cui providet, debet enim
esse pars, vel saltem effectus prudentiae perfectissimae;
at quae sollicitudo de fine proportionato dicitur essentialiter
intentio finis: ergo providentia divina ultimo dicitur essentialiter
intentio finis.

Omnia distant praeter minorem. Hoc probatur: quod 37
nisi providentia statuat finem proportionatum subiecto, cuius
satagit, non poterit esse pars effectus vel prudentiae
perfectissimae: sicut videmus homines perditissimos
et imprudentissimos prosequi eterneque media ad
fines pravos, quos saepe intendunt, ut cernitur etiam
in amente conburenti vilibus et applicanti ignem; sicut etiam
qui imprudenter destinaret creaturae finem ipsa indignum,
ut quo creata valde ancillaret brutis: ergo ut providentia
divina sit pars aut effectus prudentiae perfectissimae debet
intelligi in ea deputatio ad finem proportionatum creaturae
quae deputatio est formaliter intentio finis. 38

Denique dicitur essentialiter
providentia divina ex parte voluntatis electionem mediorum
conducentium et proportionatorum. Nam providentia divina dicitur
essentialiter praeparationem mediorum istorum, ut communiter docent...

motio persuadet. qui dicit mediorum electionem formaliter

probatur: quia mediorum praeparatio formaliter dicitur eorum

electio: sed divina providentia aequaliter dicit mediorum

praeparationem, ergo dicet aequaliter eorumdem electionem. unde illa

scientia, haec intentio et electio simul coniuncta cum virtute productiva,

et executiva mediorum et finis sunt illud coniunctum

quod est, et denominat formaliter providentia divina, seu quo per

quod Deus denominatur providens formaliter.

Nota tandem, quod

39 . auctorum loquutionem, haec omnia quae et formalitates enumeratas

esse 1° et praecipue de distinctiva providentiae Divinae. quod est

quod licet partes sint inaequales, quae formales conceptus ipsarum,

adhuc possunt esse aeque praecipue in ordine ad distinctionem

alicuius rei, ut ostendat exemplis pluribus extra

praesentem, cum quibus entitates in se inaequales aeque pertinent

ad rei distinctionem. sic in homine aeque distinguunt corpus

et anima quamvis anima pars praecipua sit entitative.

universaliter quae id verum est de quocumque composito physico,

in quo forma pars praecipua est, et non distinguit praecipue

compositum: sic licet inter conceptus seu formalitates assignatas

forma Divinae providentiae, aliquis conceptus praecipuus sit, non

propterea dici debet praecipuus distinctivus. probatur quia quod

esse praecipuum distinctivum non desumitur ex ratione entitativa

sed ex aequali inclusione in distinctivo.

Ex dictis colligitur, quod

40 . providentiae Divinae definitio quae haec debet esse. providentia

Divina est ratio ordinis in Deo existens qua creaturae in finem

proportionatum per media apta diriguntur. quibus vocibus tota

doctrina tradita circumscribitur. et quidem dum dicitur

ratio ordinis in Deo existens, iam denotamus solum actum

intellectus, et ergo voluntatis actum, qui est partialis ratio ordinandi

et disponendi; quia vero quod providentia Divina est, debet inesse Deo providenti. Ita quoque addit, quia crep. in fine proportionaliter significatur intentio finis de qua fuit nuper, quae potest esse finis quem sibi creatura, vel finis quem sibi statuat provisor in ipso effectu operationis. Denique quoque concluditur per media apta dirigens indicamus electionis efficacis ortus ex notitia proportionis mediorum. et sic statuimus universalissima providentiae Divinae.

Caput 4um

Doctrina tradita amplius exponitur ex obiectionum Solutione.

4L

Plura avertimus capite praecedenti, quorum aliqua suas faciunt impugnationes. 1a quia dicitur sic obiicit l°. scientia visionis semper requiritur ad providentiam, et per se necessaria est ad illam. Antecedens probatur: quod semper obiectaliquod cognitum ut existens est quod ducens ad finem intendentis, et ad finis consecutionem; sed obiectum cognitum ut existens includit formaliter scientiam visionis. Ergo semper requiritur ad providentiam. Probatur maior. 1° ex D. Thoma hic quaest. 22 art. 1° corpore, ubi docet, quod providentia humana ex praeteritis memoratis, et praesentibus intellectis deducitur de futuris providendis. Atque formaliter dicunt scientiam visionis et notitiam de existentia praeterita aut praesenti. 2° ex ratione: nam semper existentia unius obiecti movet Deum ad decernendum hunc finem prae alio, ut videre est 1° in meritis Christi Domini, quae praevisa absolute existentia movent Deum ad conferenda hominibus dona gratiae. 2°. merita praedestinati absolute praevisa

et reprobi de merita dicebent Deus ad specialiter bene-
faciendum uni, et non alteri; ad tribuendum uni ulteriora
auxilia, et non alteri, ut commune thea e. qui rege deus
ut expertus educit ad finis intendendi: co enterque ipse
requirit scia visionis ad rationem fmalem evidentie.

Alii Rer
42 fatentur ea omnia non esse de ratione nos, qui soli avertimus in ea
resolutione, scilicet visionis perse non requiri ad rationem communem,
et ulteriores evidentie, supponentes potius quam probantes posse
evenire sepius, quod scia visionis, sicut et alia plura
que per accidens sunt adcepta fmalis evidentie entie
perse durantur ad speciales aliquas evidentias; eo modo
quo id avertimus de scia media vnde dicendum est his
ani: scia visionis ipse requirit ad evidentias expre-
cisa roe evidentie, non ani: ex speciali roe speciali
evidentie, concedo ani. et nego cons.

Obijcit 1o contra 3um dicentem.
43 Nihil enim est, quod opponi possit 2o. scia media perse requi-
ritur ad rationem fmalem cuius vis evidentie: quatenus ad illas
de intensibus sui. ani probat. 1o quia ad evidentias perfe-
ctivitas perse requirit cognitio de eventu, quam medium
collatus habebit, et talis cognitio pertinet ad scientiam
mediam. ergo. probat maior: nam in nobis quo perfectior
e cognitio de tali eventu, eo e perfectior evidentia
sic enim dum suscipicamus, sub hoc medio non ponendum
finis, aliud elligimus sub quo probabilius, certo ue res
eventus habitura e: ergo ad perfectionem evidentie spectat
perse cognitio de eventu futuro.

Probat 2o idem ani: quia si Deus
44 conferat medium crede libere cinsius de eventu futuro, non habe

bit

curge operat. et ad providentiam perfectissimam qualis Divina est pertinet, etiam cura de operat. propria: quoniam pertinet scientia media sine qua haec cura haberi non valet. maior probat.: nam hunc non dat providentiam de operat. qui non confert medium, sub quo ponat operatio, ut videre est in Patre qui non provideret filio in ordine ad finem adducendi, si magistrum non quaereret, nec solicitudinem haberet de frequenti actuali in litteris: ergo neque Deus perfecte curaret operat. nisi tribueret medium, sub quo operatio ponenda sit. atqui ad hoc per se requirit scientia media: ergo et ad providentiam Divinam perfectissimam. 45

Probat. ant. 3.o: quia ad providentiam per se requirit cognitio de proportione mediorum, ut nos cum communi sententia etiam supponimus; et cognitio conditionatorum est cognitio de proportione mediorum. ergo illa per se requirit. probat. minor: nam medium hoc sortiri effectum, et aliud non sortiri nascitur ex proportione aut improportione ipsorum mediorum: ergo cognitio attingens mediorum eventum est cognitio de eorundem proportione. probat. ant.: quia licet medium ex se proportionatum sit proportione intrinseca aut saepe non habet proportionem propter variam affectionem voluntatis cui illud hic et nunc non attemperat.: ergo quod alterum medium attemperet, et sortiat effectum, pertinet, ad talis medii proportionem: ergo si haec requirit ad providentiam etiam cognitio quae haec attingit, quae est cognitio scientiae mediae. 46

probat. idem ant.: nam ad providentiam Divinam extensive sumptam necessaria est per se talis scientia, ut nos docebamus num.o 30; et providentia Divina semper debet esse extensive talis: ergo semper requirit per se scientiam mediam. minor probat. tum quia providentia extensive vel est omnium perfectissima

vel n. si 1am, hec sola debet poni in Deo, ad quam necessaria est per se talis scientia. si 2am relegan da erit a Deo cui soli competit providentia omnium perfectissima. Respondeo et urgentius, quod de ratione Divinae providentiae ut potest perfectissimae est, quod quovis tempore possit ponere operationes liberas creaturae, vel conversionem peccatoris quando vellet, et quotiescumque vellet, et nequit ponere tales conversiones absque scientia media: ergo hec spectat per se ad perfectionem Divinae providentiae ut providentia perfectissima est.

Retineo

48 2am ant. ad 1am probationem nostri majoris. huius probationi concedo antecedens, quamvis quod in nobis rem experimur, et non examino quia id in nobis ita evenit propter desiderium efficax de adeptione finis, quod saepe nobis inest, nam quod nos detrahit ad abiiciendum hoc medium et elligendum aliud, est iudicamus efficacius. quod si intentionem efficacem de obtinendo fine non habeamus, satis nobis erit quod vis medium sufficiens. adde quod saepe nos media abiicimus dubitantes de eventu quia de sufficientia dubitamus. cum vero medium nobis apparet sufficiens ad finem per illud sufficientissime et perfectissime providemus.

99 Ad 2am probationem nostri majoris. istius probationi nego antecedens, quod non probat exemplo adducto. etenim si Pater ponat media proportionata ad illius finem, perfectissime providebit; saepe tamen anxius est de eventu futuro, quia non pertineat ad eum, et providentiae de operationibus hoc est de probentiae, quod illius vult efficaciter, et prout terrea curat medium, subinde ponat infallibiliter eventus. ad providentiam autem efficacem de operationibus libera [struck] scientia media necessaria est, ut constat ex

Ad num. 32. 49

Ex probationi dirigio maris per se requirit 50
cognio de ppositione infallibili mediorum, non maris
per se requirit cognio de ppositione mediorum a se
alter se deceda maris. quod enim hoc ppositio transeat
in infallibilitatem effectus, hoc indiget scia media, et solum
exigit a providentia efficaci ut efficax est, non vero ab alia
etiam perfectissima. ad maris probationem, quod medium
a habere effectum, et medium B non habere nascatur
ex ppositione unius, et non ppositione alterius; nascitur
nascitur quia ppe suppositam utriusque ppositione ex
libera determinatione causae creatae, quae sub hoc se deter-
minavit, et sub illo non, quae subjecto libere prohibet.

Ad ultimam 51
minimi probationis dicta maris nego maris. ad 1um quod in probationem
adducitur, Deo providentiae extensibe talem esse quidem
perfectissimus, non solum in linea quasi generica provid-
entiae, sed etiam intra lineam specificam; et licet dignissima
Deo, cujus perfectio postulat, ut possit providere creaturis
perfectissime quantum satis est, ad quod non indiget scia
media; et etiam quod valeat providere efficaciter, quae
providentia necessaria est scia huius modi. ad 2um quod addit
Deo apponentibus positis fallaces esse; probatur dirige
maris. de ratione Divinae providentiae est quod quocumque tempore
possit ponere liberum diversionem, hoc est tribuat posse
ponere diversionem deceda maris: possit ponere, id est trib-
uat posse et ipsam diversionem, non maris. hoc enim est proprium
solius providentiae efficacis et non mere sufficientis, similiter
distinguenda est minor, et negada ea, quae detegit tota aequi-
vocatio rei facile.

Obycit 3o contra doctrinam datam num. 35 52

et 36. providentia Dina nequit distingui realiter per aliquos actus voluntatis: ergo solus dicet in recto actus internos probatur ant.: quia Dina providentia est attributum in Deo existens, et omnino independens ab eo quod Deus vel non Deus operatur ad extra: quod nequit distingui per actus voluntatis. cum probans nos actus voluntatis Divinæ circa creaturas est omnino liber Deo, atque adeo potuit non esse in Deo, quod providentia ut pote attributum Divinum non potuit non esse. probatur.

Resp. aliquam esse providentiam in actu primo remoto, quæ solum dicit scientiam de congruentia mediorum, et de proportione finis; ac simul potentiam ad intendendum finem, elligendum et exequendum media, et hoc est providentia Dei attributum independens omnino a creaturis, et Deo necessaria, quod illi necessaria est potentia libera, hoc est Deo necessarium est habere ex perfectione de linea voluntatis ~~quæ~~ quia libere possit ferri ad plura obiecta quo dominio talis potentiæ. alia est providentia proxima, de qua sermo est theologis, dum disputant de providentia Dina. Hæc autem sumitur formaliter in omnibus iis, quæ sunt necessaria ex parte Dei ad dirigendum creaturas modo supra exposito. ut vero ita directiva stare nequit sine actibus voluntatis praedictis, et consequenter potuisset non stare in Deo, cum tales actus libere habeantur. nec per hoc imminuitur attributum Divinæ providentiæ, sicut non minuitur perfectio Divinæ voluntatis per hoc, quod non habeat omnes actus, quos posset habere quia libera est.

Obijcies 4°. solus actus internus

53 Divini est id quod denominat providentiam in Deo. ergo solus iste afferit in recto esse providentia Dina. probatur ant.

1° quia providentia est ordinatio rerum in finem; sed ordin-

~~atio est actus intus~~

atio

d ordinatio e actus intus ergo et providentia. 2o quia prudentia pertinet ad intus; at providentia includitur in prudentia: ergo et in intu. 3o quia ut inquit Boetius lib. 4o de consolat. prosa 6a providentia e ipsa Divina ratio in summo omnium Principe constituta quae cuncta disponit et Divina vero e intus Divinus: ergo providentia e actus illius in recto allatus. — Haec sunt fienta Thomistarum quibus facile occurri potest neg. ant. ad 1m probat. dico minori, nego minus; ordinare enim proprius spectat ad voluntatem quatus unus vellet propter aliud, quod in tellit intus etiam ordinare intentionaliter quatus cognoscit unus in ordine ad aliud. ad 2m dico majus, vel distinguo minus: providentia includitur in prudentia quoad aliquas sui partes dico minus: quoad omnes et singulas, nego minus; includit enim rationem actus scientiae virtualiter practicae. ad 3m. do maiorem et nego minus, si ratio disponens adequate sumatur: dispositio enim dicit aliquid aliquid de linea voluntatis, ut probatum manet.

54

Objicies 2o ex contrario. solus actus voluntatis e formaliter providentia Divina; ergo solus ille affertur in recto. ans probatur. nam providentia formaliter e cura illa quam habet ea id de quo e providentia; sed cura haec et sollicitudo e actus voluntatis, cujus sit electio mediorum utiliorum practicus: ergo providentia solum dicit in recto actus voluntatis. haec Sanctus Damascenus lib. 2o de fide cap. 29 et Stus Nisenus ut authore D. Thomas, providentiam exponunt per voluntatem. Confirmatur: quia providentia prae supponit cognitionem, et ipsa consistit formaliter in ordinatione mediorum ad finem; sed haec ordinatio pertinet ad voluntatem, cujus sit formaliter electio: ergo providentia solus e de linea voluntatis, simul quae

in sola electione.

55 Resp. neg. ant. ad probationem maioris dist. maior. cuius ratio est actus solius voluntatis, non tamen est partialiter actus voluntatis, conc. maior. et neg. cons. In quo sensu accipi debent S. Doctores adducti, et siqui alii videantur tribuere voluntati evidentiam, loquuntur enim de complemento illius inadaequato. quia etiam non accipi debet D. Thomas, quod non videtur significare evidentiam esse formaliter actum internum, videlicet sumptum ut complexum partiale. ad 3 fratrem Deo similiter neg. maior. si sermo sit de evidentia adaequate accepta.

56 Obijcies, et quae instantia duplicium nuper facta arguet. si evidentia divina sit altera ex his actibus, et connotet alterum, non dicetur in recto utrumque actum, quod dicitur essentialiter unum scilicet actus internus, et connotat alterum, quia etiam adaequate accepta non dicit utrumque in recto. probatur minor: quod evidentia ex propria nominis significatione solum dicit cognitionem. dicit enim tantum id per quod formaliter videtur internus: quod solus dicitur in recto, et connotat actus voluntatis. probatur conseq. quod cognitio solum est id per quod intentionaliter videtur obiectum. Resp. ad minorem maioris neg. maior. probationi dist. antecedens quod verum est de significatione grammaticali illius vocis, falsum non de illius significatione theologica. etenim si illa volitio, quae connotat, est de essentia evidentiae, tunc non erit merum connotatum, sed pars essentiae; si extra essentiam evidentiae, hoc praecise posito actu interno, ponetur evidentia quod authores nostri non admittunt. quia evidentia neque potest consistere formaliter essentialiter in altero ex actibus, et alterum connotare.

Obijcit 7°. si providentia existeret etiam aliter actibus intellectus et voluntati, illa foret perfectio propria agenti rationali. 57
sed non est perfectio propria talis agenti ut providentia formaliter est. ergo non existit in praedictis actibus. tunc sic: sed providentia divina de qua hactenus debet esse providentia ut providentia formaliter est. ergo nequit consistere in actibus intellectus et voluntatis. minor probatur. quia providentia etiam reperitur in agentibus irrationalibus. mittimur enim ad formicas, ut discerimus vias eius, et quae tempore aestatis praeparant sibi cibum pro tempore hiemis. ergo providentia non est propria agenti rationali; consequenter quae formaliter illius non erunt actus intellectus et voluntatis.

Respondendo 57
maiorem et negando minorem. cuius probationi non annuo. quia licet plura animalia sint quae ex instinctu et occulta simpathia videantur providentiam emulari, illi vero providentiam non habent, quia operantur quasi sibi providerent, eo modo quo in physicis docet communis et certa physica, ea non operari formaliter propter finem. non autem quare providentiam carere, et formaliter non habere eadem est, ac illa quae dicunt non operari proprie propter finem, nimirum quia licet ponant media proportionata non cognoscunt tales proportiones, nec operari possunt ex intentione assequendi finem. quod si hortamur in Sacris litteris exemplo animalium, hoc quidem recte fit, et scilicet nos ex directione faciamus similia iis, quae illa operantur ex instinctu. sic etiam et nobis proponuntur exempla moralium virtutum, cum tamen irrationalibus virtutes morales non sint.

Obijciunt denique. si Deus ita condidisset irrationalia, ut per antipathias et simpathias sibi ipsis providerent, perfectiores curam haberet de his creaturis, quam si illas immediate curaret: consideraret in illis providentia 58

sine actibus intrinsecis voluntatis, probat eam quod ea providentia irrationalibus tunc esset per has occultas qualitates, quae si forent actus productivi: ergo providentia esset absque his actibus; atque adeo illi non distinguunt providentiam, ut providentia formaliter est. — Respondeo minorem, de quo philosophi disputant de divinis causis secundis, neglecta. ad probationem nego suppositum, quod in rationalibus ... daret vera providentia tunc propter rationem numeri praecedentis tactam. Solus foret tunc inclinatio creaturarum illarum quae aequivaleret providentiae respective in creaturis irrationalibus; non tamen tunc inesset illis vera providentia quae essentialiter dicit cognitionem de proportione, et conducentia entitatis, quibus providens utitur ut mediis in ordine ad finem. cum ergo haec cognitio cadere nequeat in irrationalia, cum ex parte quae indicationibus futura sit in ordine, quod in ipsis vera providentia non detur formaliter.

Caput 5.um

Difficultates aliquot generales Divinae providentiae de tenere cognoscenda.

59 Sit, quod obiectum providentia Divina sit, seu per aliis terminis proponi solet utrum Divina providentia se extendat ad omnia? Resolutio est affirmativa, ut inter catholicos certum debet esse. ergo providentia quae sit propria Dei debet esse omnis perfectissima intra lineam providentiae; at providentia se extendens ad omnia est perfectissima intra lineam providentiae: ergo providentia Divina debet se extendere ad omnia et quae omnis veri providentia. quod si res ita non esset, foret providentia indigna Deo ut pulchre exponebat D. Augustinus lib. 5 de Civit. cap. 29 de Deo ita mendacium illius Deus celsissimus qui naturam a se creatam et subsistendi

et inoebendi initia fines que distinxit, qui rerum causas scit, novit atque disponit. ut ex inde emendet infinita numinis dignitas et maiestas. 60

Ex hac resolutione 1a illatio est, Deus exercet perfectissimam providentiam circa ea quae casu et fortuito videntur evenire. Ratio quia licet res huiusmodi casu accidant respectu creaturarum; at Deus illa non solum novit sed intendit: ergo respectu eorum exercet providentiam perfectissimam. Id expressit D. Augustinus in Psalmum 9um his verbis: omnia ad Divinae providentiae regimen referuntur, quae stulti quasi casu, et temere nulla divina administratione fieri putant. quod explicat S. Thomas exemplo satis apto; nimirum servorum tendentium diversa via in locum eundem ex praecepto et directione Domini, in his enim occursus casualis est respectu ipsorum, est tamen intentus a Domino. et simile evenit in Deo respectu eorum quae nobis fortuita sunt. 61

2a illatio. Deus etiam exercet suam providentiam circa actus liberos creaturarum, quamvis peccaminosi sint. ratio est quia summi Rectoris est media tribuere subiectis creaturis, sub quibus possint exercere suam libertatem et dominium in suas operationes; sed Deus tribuit creaturis media indifferentia, sub quibus possint exercere suam libertatem per liberas operationes ergo providentiam exercet circa illas. quia vero permittit mala culpae, quae ex munere provisoris universalis non tenetur absolute vitare. sed solum quatenus esse quamvis licet praebeat media indifferentia propter iura libertatis, hortetur ad bonum usum eorum, et minetur supplicia propter pravum. adde quod saepe etiam oritur ex providentia permissio mali, ut inde oriatur maius bonum. 62

Illatio 3a. Divina providentia

se extendit ad sua usque quo sic pertingat ad minima creata, et etiam ad minutissimas eius operationes. Est S. D. Aug. de Civit. lib. 11 cap. 22 dicentis. Deus ita est artifex magnus in magnis, ut minor non sit in parvis, quae parva non sua granditate (nam paene nulla sunt) sed artificis sapientia metienda sunt. 2o quia providentia Divina non foret, quae est excogitabilis perfectissima si ad tales operationes non pertingeret, ergo cum providentia Divina talis futura sit, videtur certum debere extendi etiam ad minutissimas minimarum creaturarum operationes.

63 Ultima illatio huius resolutionis sit: quod harum operationum habuit Deus ab aeterno praefinitionem, saltem quae denotat voluntatem producendi se solo, vel simul cum creata operationes, probatur: quia Deus in tempore habet voluntatem producendi has operationes vel se solo, vel concurrendo cum creata operatione, ab aeterno habuit ~~[illegible]~~ hanc voluntatem. Probatur consequentia: quia quidquid Deus in tempore vult, de hoc ipso habuit voluntatem ab aeterno, ut probant Thei agentes de Divina voluntate ex immutabilitate eius. Deo: quia si Deus in tempore vult aliquas operationes, ut oppositum est adversus positiones, etiam ab aeterno voluit tales operationes, ne dicamus mutari Divinam voluntatem, ut dici deberet si haberet in tempore actum, quem non habebat. An autem et quo modo possit Deus praedefinire vel praedefiniat efficaciter opera quae libere sint, detrahitur [illegible] huius [illegible]

64 Et difficultas. Utrum providentia Divina semper assequatur finem intentum a voluntate, nota, duplicem hic distingui debere finem, alium quem Deus statuit creaturae, sive libere, sive naturae, alium quem sibi ipsi praefigit Deus in designando tali fine creaturae. seu ut tali leges dirigendus est duplex

inil alter primariùs et secundariùs, alter, vel alius immatus, et mediatus alius, prout tibi voces placuerint mediatus vel primariùs ille est, quem in ratione modo diximus Deus sibi præfigere, immatus aut secundariùs est ille, quem Deus præfigit creaturæ ipsi.

Ex hoc autem 65

adverso, consequitur communi et media inter D. Thomam et Caietanum est, quod providentia Divina semper assequitur finem, quem Deus sibi præfigit; non semper quem statuit creaturæ ipsi. Hæc pars videtur plus quam certa, tum ex providentia sufficientia pure tali, quæ providentia per se foecundissima est et non sortitur effectum: tum ex voluntate qua Deus vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, scimus enim plurimos non assequi finem huiusmodi. Ergo providentia Divina non semper assequitur finem quem statuit creaturæ. Secunda vero pars probatur efficaciter: nam Divina sapientia, cuius est providentia, attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. ut dicitur Sapientiæ 8°: ergo assequitur finem quem sibi Deus præfigit, nempe quod per ipsum non stet, quominus creaturæ in suos fines dirigantur. probo consequentiam: quod ut Deus finem istum semper assequatur, satis est quod conferat media ex se apta ad assequutionem finis statuti creaturis; at qui semper tribuit omnibus media huiusmodi: ergo etc. et hac ratione accipi debet communis locutio Ecclesiæ dicentis Deus ait, cuius providentia in sui dispositione non fallitur, quod videlicet semper disponit creaturis media ex se apta ad perveniendum in finem ipsis statutum: ergo semper Deus assequitur finem, quem hac ratione præfigit sibi in divina providentia.

3a Diff. 66

cultas. an providentia Divina contineat intra se rerum productionem seu an rerum creaturarum productio pertineat formaliter ad providentiam

Diña? quest. hec pure vocalis ē et in ea placet nobis sa Angelici Preceptoris, quae ex previis quaest. 5a de Verit. art. 1o ad 9m his verbis Providentia differt ab arte Diña et dispositione, q. ars diña dicit. rōnem productionis rerum; dispositio rōnem ordinis productorum; providentia autem dicit ordinem in finem arti frenati. Ubi resolutionem dubii et ejus probationem invenies, quae haec ē. prius ē rem actu ēē, quam rem gubernari, et dirigi; nō enim dirigi potest, quod nō ē. at quod rem gubernari et dirigi pertinet ad providentiam. ergo quod res primo existerent, nō pertinet ad Divinam providentiam. Cum hoc autem optime stat, quod supposita mundi creatione existentia rerum plurimarum, quae media sunt ad finem, oriantur formaliter ex providentia quod si aliquando dicitur productio rerum effectus providentiae, id intelligi debet de providentia late sumpta, ut notavit Pr. Montoia hic disp. 4a sect. 5a.

67 Sit 4a difficultas. an suppositarum productione Deo libera sit illarum providentia? hoc ē an ex suppone creationis creaturarum Deus creaturas gubernare, vel possit se a gubernatione suspendere. iudico Deo nō ēē liberam providentiam ex suppone creationis, conservationis et operationis creaturarum. Probatur: quia Deo naturalis ē cognitio de his obiectis suppositarum possibilitate. Rursus ex suppone conservationis, et operationis naturalis ē voluntas Diña de conservat. et operat. cum ista dari ne queant absque Dei volunt. ergo facta hac suppone Deo naturalis ē providentia hac rōe. Ita Pr. Arriaga disp. 32 sect. 3a.

68 Praeterea si sermo sit de Providentia morali, qua creaturis destinet Deus praemium, vel supplicium, iudico quod nō manet Deus necessitatus necessitate ad istam illius providendam metaphysicam. nō ē, quia ex supremo dominio quod Deus habet in creaturas ex productione potest exigere, opera moraliter absque alio praemio;

et eo ex dominio potest parcere male agentibus
et relinquere impunita peccata: ergo absolute poterit non
habere huiusmodi providentiam erga tales creaturas, atque
adeo illi libera erit etiam ex suppositione conditionis, et servationis
earum. si vero Deus servare velit ordinem Reipublicae
creaturalis; tenetur quidem ad talem providentiam; nam non aliter exigit
natura agentium liberorum, ut ad bonum excitet praemio, et a malo
terreat supplicio: ergo stando huic inclinationi tenetur Deus
ex suppositione conditionis earum ita providere liberis creaturis.
Sed 69

Dices statim: si Deo absolute sit libera providentia erga
has creaturas modo dicto, non poterit demonstrari existentia
actualis Divinae providentiae; at talis existentia demonstratur
illa eadem certitudine, qua constat Deum existere ut nos
creverimus num° 6°: ergo. Probatur maior: quia solum constabit
ea certitudine, qua constat ex necessitate talis providentiae:
ergo si haec providentia necessaria non est, nec poterit etiam certo
demonstrari. — Resp. negando maiorem. Probationi concedo antecedens;
et non consequentiam. quia licet existentia providentiae in Deo nobis
non constet eo gradu certitudinis, quo constat existentia Dei;
at constat eadem certitudine, ac Dei existentia quatenus;
sicut nemo cordatus potest dubitare de existentia Dei,
ita nec de existentia Providentiae Divinae: ad eum modum quo
nemo dubitabit prudenter hodie de ortu crastino
Solis, vel de combustione ligni si applicetur igni. quod suffi-
cit ad demonstrationem a nobis assertam, per quam hoc unum
intendebamus.

Caput 6um

Superstites aliae Difficultates circa Divinam Providentiam decidunt.

5a in ordine cum praecedentibus difficultas sit, utrum providentia 70

Divina rebus necessitatem imponat? Et extra D. Thomas hic art. 4°. Revera mente eius D. Angelici praeceptoris, quia scientia Divina quoad res necessitatem imponere, quod ad vero non-natio facilis est, nam inter creatas existentes aliae operantur libere et aliae necessario; et operantibus necessario imponit necessitatem et non operantibus libere: ergo rebus aliis necessitatem imponit et aliis non. quomodo autem scientia efficax agentibus liberis necessitatem non imponat, nodus est in sancto Thomistarum Gordianus difficilior, in nostra vero longe facilius in sequentibus determinabitur.

Dispu-

71 tas 6a an scientia Divina sit genus sive Divinae praedestina-
tionis et reprobationis? hoc est an scientia se habeat sive prae-
destinationis et reprobationis, sicut se habet animal sive hominis
et equi; an vero sit totum in se continens ut partes praedestinationem
et reprobationem, sicut homo est totum in se continens materiam et formam?
dubium hoc pure vocale est, in quo Dominus Vasquez disp. 87
cap. 5 sequitur Caietanum docuit scientiam esse totum, praedesti-
nationem vero et reprobationem esse partes illius. contra sanctus Thomas
quaest. 6a de Verit. art. 1° et eius ex Thomistae communiter
appellant scientiam genus sive praedestinationis et reproba-
tionis. iudico has locutiones non esse adversas, et componi facile
posse ex doctrina tradita in Logica ubi diximus genus
ut genus esse totum potentiale et partes actuales sub diversas
considerationes. Ex qua doctrina

Dico 1°. divina sci-

72 entia est genus comparatione praedestinationis et reprobationis,
hoc mihi ostendit. nam scientia est quid latius patens, quam
praedestinatio et [illegible] continens in ista; at hoc est esse
genus alicuius: ergo. probatur maior: nam scientia definiri
potest absque conceptu praedestinationis; praedestinatio
vero nequit definiri sine conceptu scientiae: ergo scientia

et qd latius patens predestinat. et in illa continetur. ans
dilat. Ma. vo directiva creature in finem et explicatur
in ordine ad finem supernale et explicat providentia:
Minor ergo qr vo providentie dicit directionem absque assequtio-
ne finis intrinseci; ro vo predestinationis dicit directionem
et assequtionem. Ergo providentia definitur absque connotato pre-
destinationis, predestinatio autem non absque providen-
tia. Qd vo hoc sit ee genus ru predestinationis et
reprobationis, colligitur aperte ex comparatione huius conceptus
cum roe et conceptu animalis ru hominis et equi, que
ro generica e probabiliter ... tradita et non alia. 73

Dico 2o. pro-
videntia Divina ru predestinationis et reprobationis e totum
potentiale, et pars actualis per diversas sui considera-
tiones. Explicatur. hoc ipso qd providentia genus sit, est
aliqd qd dividi potest in predestinationem, et repro-
bationem, et hoc ipso e totum potentiale, et pars actualis
ru horum extremorum: ergo providentia totum potentiale
et pars actualis e ru predestinationis, et reprobationis.
Maior constat; ergo hec propositio vera e providentie alia pars
e predestinatio, et alia reprobatio; et hoc e ee divisi-
bile in hec extrema, ut patet: ergo. Minor vero probatur.
Nam ee totum potentiale aliud non est, nisi qd providentia
sit divisibilis in hec extrema: item qd sit pars actu-
alis non e aliud, nisi qd providentia continet partialiter
predestinatum, et reprobatum. atqui providentia id
totum habet: ergo e totum potentiale, et pars actualis ru
predestinationis, et reprobationis. 74

Hoc totum explicatur exemplo
animalis. et qui hoc animal genus e ad rationale et irrationale, ergo ad
hominem et equum, et ideo non solum e ac dicit totum potentiale

hoc ē, aliq[d] qd partiari potest in homine et equo, (id enim intelligitur de genus appellatur totum potentiale,) et etiam ē pars actualis, hoc ē, actu componit metaphysice hominem et equum, tanquam pars ipsorum; id quippe intelligimus de genus appellamus partem actualem. pariformiter evenit in providentia rerum praedestinationis et reprobationis, quae genus est ad illas, in eas est partibilis atque adeo totum potentiale earum, et quod eas constituit ut genus, ē pars actualis in compositione metaphysica ipsarum.

73 Dices mihi ex P. Vasquez, si providentia Divina est genus ad praedestinationem et reprobationem, istae forent species rerum illius; at negantur esse species: ergo neque illa genus. probatur minor: nam in Deo idem ē modus providendi omnibus: ergo una debet esse providentia, et non plures species illius. probatur consequentia nam licet Deus adeo diversa cognoscat, adhuc scientia una ē, et non habet plures species scientiae, quia modus cognoscendi idem ē rerum omnium: ergo etiam providentia una erit, licet ad diversa se extendat, quia modus providendi omnibus idem ē ex parte Dei. — Respondeo concessa maiori, negando minorem. probationi negamus, quod Deus diversimode se habet in providentia naturali, quae in libera, in naturali etiam et supernaturali, ut mox dicam numero sequenti. nec paritas desumpta ex scientia potest vim habere in praesenti: nam dato quod modus cognoscendi sit idem, scientia ex parte Dei erit conceptus quidam homogeneus, qui de toto et de parte praedicatur, ut videre ē in aqua quae verificatur esse haec praedicatio, sive subiectum sit totum mare, sive minima stilla; at praedestinatio et reprobatio dicunt essentialiter diversos, immo et oppositos modos providendi, et probare nequeunt esse partes constituentes illud totum (alioqui illud constaret partibus inter se repugnantibus) sed solum erit totum providentia quatenus genus ~~[illegible]~~ potens contrahi

et dari di cri species eius opposita.

Tertio difficultas quo 76
modo providentia Divina discriminet a predestinatione, et reprobatione, et cuius a pluribus differre. Nam sicut genus differt a speciebus quod eius providentia genus sit, et predestinatio, ac reprobatio species, necesse est habeant eius modi distinctionibus. Primo differunt ratione obiecti quia providentia conversatur circa omnes creaturas et omnes illarum operationes; predestinatio vero et reprobatio solas creaturas rationales, et forte solum earum aliquas istarum operationes. Secundo ratione finis, qui in providentia non est supernaturalis; est tamen in aliis. Quarto ratione assequutionis; quod providentia non semper est efficax, neque assequitur finem intimatum; illae autem semper sunt efficaces, et fines assequuntur. Denique ratione mediorum, nam providentia non petit porrigere media supernalia; secus vero predestinatio, et reprobatio, quae utuntur mediis supernalibus saepe quoad substantiam, et saepe quoad modum.

Haec certa sunt; 77
dubium tamen discrimen, quod ultra assignat Persuarez lib. 1o cap. 8 videlicet quod providentia distinguitur a predestinatione in eo quod providentia supponat prius existentiam rei cui providet; predestinatio autem non supponat. Verus hic dicta communiter reiicitur. Primo quia cum providentia vere sit genus ad predestinationem, ista ratio providentiae debet includi in predestinatione. Ergo nequeunt habere hoc discrimen. Probo consequentiam: quod si illud haberet, non posset includi ratio providentiae in predestinatione; siquidem petere existentiam subiecti, et non petere existentiam subiecti sunt extrema inuicem incompossibilia. Posito providentia petit, predestinatio non petit, nequiuit illa ipsa in suo conceptu includere. —
Secundo quia mihi non apparet ratio, cur providentia valeat

videre hominem, ut ter solum finem natis: et postea vellit illi con-
ferre gloriam, eique providere de mediis ad illam assequendam.
Quod si prior esset existentia subiti, quam illum praedestinatio, ut
est certum: ergo hoc non repugnat rationi praedestinationis; contra
quae nequit esse discrimen illius a providentia.

Difficultas 8
78 sit, an et quo modo providentia Divina differat a fato? suppono
Ethnicorum fatum locum non habere apud Catholicos, non enim
potest substineri salva fide, quod insit rebus vis aliqua,
quae agentibus liberis sit inevitabilis. fatum ergo catholicum
est Boetius 4° de consolat. prosa 6ª: est dispositio rebus
mobilibus inhaerens per quam providentia suis quaeque nectit
ordinibus. unde fatum hoc videtur distingui a providentia fatali
tanquam obiectum a causa dirigente, connectit quae ut causa providentia
obiectiva. probatur: quia fatalis providentia est aliquid Deo imman-
ens, et ipsi intrinsecum ut ex dictis constat; at fatum est quid extrinsecum
ad quod versatur fatalis providentia: ergo fatum distinguitur ab hac
ut obiectum a sua causa dirigente. minor probatur: nam fatum est ipsa
dispositio rebus ipsis inhaerens; providentia autem est ratio
dispositionis in Deo existens, ut ex definitionibus liquet.
ergo fatum distinguitur a providentia modo exposito.

Ex doctrina totius
79 disputationis colligitur quanta sit perfectio providentiae Divinae
quae infinita est, et deducitur, tum ex operibus providentiae,
tum ex proprietatibus illius, ex operibus quidem: quid mirum quod
et [illegible] effectus [illegible] subiaceant providentiae Divinae.
[illegible] ad illam spectat universi ordine naturali conservatio totius universi,
et tot [illegible] quae variarum specierum illius. Ad conservandas
species subrogatio [illegible] uni dum duarum singulis aeternat species,
quae in singulis perennari naliter non poterat. hinc ortus
et interitus rerum; hinc conservatio, et praeparatio [illegible]

ad


ad actus q internos quam externos, bonos et malos in
genere moris; hinc ~~lege~~ lege captio ad vitanda mala
tepe etiam malorum permissio, in ordine vero supernali
providentiae Divinae est, quod creaturas rationales destinent in super
naturalis finem, quod praeveniant, iubent quae donis superna-
libus gratiae, quod sint redemptae, provinc quae vi instrum-
enti sibi relicti ad ~~acc~~ quaerendum et agendum gratia
ac innumera alia huiusmodi quae Divina providentia
gubernant.

80 Ex proprietatibus etiam constat perfectio illius. est
enim ratione omnis universalissima, ut satis demonstrant, quae
diximus num. 59., ratione subiecti et formae aeterna cum actus
illius ab aeterno fuerint in Deo. Est sapientissima cum
contineat infinitam Dei sapientiam, unde etiam est occultissima, si-
quidem ratione sapientiae, vias ingreditur omnino invias intellectui
creato, ita res deducens mirabiliter in finem praefixum;
praeterea iustissima est quod oritur ex ~~[illegible] infinite~~
voluntate infinite sancta, quae fines praescribit et
exhibet media per dispositiones honestissimas, ratione modi
est suavissima, se enim attemperat rebus ipsis, nulli
vim inferens, quod liberis libera, naturis media naturalia
distribuens; est etiam et amantissima praesertim circa
creaturas rationales quas ad se invitat doctrina suasionibus
et illustrationibus. Demum tranquillissima est ratione subiectorum
extremorum; quod in tangit aliqua rerum, vel subiecti
perturbatione, quod ita curat omnia sicut singula, et
sic singula, ac si unicum tantum curaret, ut nos docebat
Augustinus. ex quibus omnibus satis morale efformare possumus
demonstrationem quoad infinitam Divinae providentiae
perfectionem. — Haec de illa satis.

Finis

Pars 1a

De Praedestinatione Divina Secundum se considerata.



Praedestinati dat Deus.

Ut promisimus, [illegible] in hac 1a parte omnia quae spectant ad notionem praedestinationis [illegible] spectare breviter dabimus, percurrentes [illegible] calamo illa quae ipsius breviatis [illegible] et longiori stylo utentes, ubi res [illegible] postulaverit, ut [illegible] [illegible] disputationibus quas [illegible] subjicimus.

Disp. 1a

De existentia, et cognoscibilitate Divinae Praedestinationis.

Caput 1um

Significatio vocis Praedestinatio quoad praesens attinet, declaratur.

Praedestinatio vox est composita ex praepositione prae et verbo destino. praepositio illa significat prioritatem et antecessionem in illa actione quam significat verbum, cui illa praeponitur, ut praedicere significat dicere id ante quam ab alio dicta sit: sic dum quis dicit aliquid quod alius antea dixerat, dicimus nos hoc praedictum fuisse, vel alium id praedixisse. unde dicta praepositio juncta voci destino denotabit antecessionem et prioritatem [illegible] [illegible] [illegible]

futura sit hec prioritas infra declarabitur.

2 Verbum destino varie accipit in proprietate grammaticali significationis, non ita varie in significat theologica. pretermissis quibusdam acceptionibus, que solum reddolent latinitatem theologie usurpatur 1° pro eodem ac verbum mitto et quasi idem destinare ac mittere. sic in sacra pagina 1° Machabeorum 1° dicitur de filiis Israel. destinaverunt aliqui de populo et abierunt ad regem. hoc est miserunt. hec acceptio est etiam valde latina, ut videre est in Suetonio de vita Galbe Cap. 18 ubi dicitur: pretorianos cum mandatis ad imperatorem destinabit. 2° licet non ita usualiter latine, usurpatur pro eodem ac verbum statuo vel decerno sic dicitur 2° Machabeorum 6°. destinavit non admittere illicita propter vite amorem. et 2ª ad Corinthios 9. unusquisque prout destinavit in corde suo, que vox utroque idem est ac statuit.

3° usurpatur verbum destino pro eodem ac deputo. qua acceptione utitur Apostolus ad Corinthios 1ª cap. 4°, Deus nos Apostolos novissimos ostendit tamquam morti destinatos id est deputatos. discrimen enim est inter decernere et deputare hoc est, quod deputare dicit et id quod deputatur, et cui quod deputatur, et illud ad quod deputatur: decernere vero non petit tria hec, cum possit quis decernere per se ipsum facere aliquid sine ordine ad aliud.

3 Ex hac duplici particula composita vox predestinatio significabit eadem significatione qua significet verbum predestino a quo oritur. Verbum autem hoc accipitur 1° pro eodem ac premitto; et consequenter predestinatio valebit idem ac premissio. 2° accipitur pro eodem ac prestatuo, vel predecerno; predestinatio que erit idem ac predecretio, vel prestatutio. 3° accipitur pro eodem, ac

ac predeputo, vel ante deputo, ac predestinatio erit pre
cedens vel antideputatio. dei q. iste significationes
quae diversae sunt ex parte modi significandi, possunt
habere diversitatem etiam ex parte rei significatae; cum
possint significationes huiusmodi extendi ad res omnes,
sive rationales sive irrationales, quas Deus gubernat;
et in hoc sensu vox predestinatio significabit idem
in Deo ac providentia. qua significatione usus est
Hugo Victorinus lib. 1° Eruditionis Theologicae part.
2a cap. 22 cum dixit: Potest predestinatio generaliter
dici quod intelligi ipsa faciendorum dispositio, ut dicatur
Deus quod ad sit facturus fuit, ab eterno predestinasse.
Ut quod vox ista presius accipiatur limitanda est non
solum ratione significationis quoad modum significandi
sed etiam quoad rem ipsam significatam. 4

Ergo vox predestinatio
si presius attendamus ad rem presentem significat tam
ex parte modi, quam ex parte rei presius rem, quod
attinet ad presentem institutum. et quidem ex parte modi
significat in Deo rem illam formalem qua creatura trans-
mittitur in finem sibi destinatum. et quod hoc ratio formalis vel est,
vel presupponit in Deo decretum, quo Deus statuat
conferre creaturae illum finem quem statuit; ideo sic prede-
stinatio significat in Deo vel formaliter vel presupposi-
tive hanc voluntatem. unde predestinatio in Deo est
illa deputatio seu transmissio activa, per quam
creatura efficaciter perducatur in finem sibi destinatum,
ita quod hoc ratio formalis significetur per hanc vocem cum
aliqua prioritate vel antecessione ad rem significatam
sive haec prioritas sit causalitatis, sive solius duratio-
nis.

ex parte rei ipsius significatae. Similiter haec vox
5 praedestinatio, et solum significat destinationem seu
deputationem creaturae non cuiuscumque, sed solum rationalis ad
finem supernaturalem, non quemcumque, sed solum aeternae beatitu-
dinis. Nam licet plures deputationes ad alios fines
significet, haec non est stricta huius vocis significatio.
Quamvis enim aliquando usurpetur pro deputatione ad aeternam
damnationem, vel ad aeternam salutem ut accipitur in Con-
cilio Valentino cap. 3° dum dicitur: Fatemur praedestina-
tionem electorum ad vitam et praedestinationem impiorum ad mortem.
In hoc latiori usurpatione, quamquam sit huius vocis im-
propria. Item cum accipitur pro deputatione creaturae ad
dona supernaturalia generatim, ut accipiebat Sanctus
Damascenus lib. 2° fidei cap. 30. et cum accipitur
pro destinatione in dona gratiae ut sumsit D. Augustinus
lib. de civitate 15 cap. 1° et D. Prosper in responsione
ad Gallos ~~[illegible]~~ 4° et 15, et exprimitur quadam parte
ad Ephesios 1° dicente: praedestinavit nos in adoptio-
nem filiorum Dei, hoc est in gratiam qua in filios adop-
tamur. Cum in quo sic accipitur praedestinatio non sumitur
in ea usurpatione quae stricte sit propria, nec apte
cum nostra controversia.

6 Ultima igitur huius quaestionis labor
propriissima usurpatio vocis praedestinatio est illa quae
accipitur pro deputatione creaturae rationalis in aeternam beatitudinem
per media supernaturalia et proportionata ad talem finem.
Haec acceptio est propria, et ita frequens est, non solum apud
theologos, sed etiam in Conciliis et Sanctis Patribus, ubi quoties absolute
vox illa profertur, denotet huiusmodi deputationem, per quam
significatur ex parte Dei praeordinatio, praeparatio, voluntas
ideo, aut ordinatio, quo rationalis creatura transmittitur

in eterna vita. Ubi, ut vides, dari debent in predesti-
nat. omnia hec. 1° ex parte Dei ratio ordinis, que crea-
dirigat. 2° quod hec ratio efficax sit, hoc est quod vi ipsius non
solum ponit, sed ipsa infallibiliter obtineat finem. 3° quod
creatura predestinabilis, seu finis cui predestinationis
sit creatura rationalis. 4° quod id ad quod terminatur predestinatio,
seu finis cuius sit eterna beatitudo. 5° dari debet,
quod medium tale sit ut illesa libertate infallibiliter trahat
suum effectum et assequatur finem predestinationis. 7

Quod omnia hec inter-
venire debeant, suadet facile. Eternum in predestinat.
reperiri debet causa predestinans, subiectum predestinatum,
et terminus predestinationis cum mediis illis, que infallibiliter
sortiantur effectum: ergo debent reperiri omnia hactenus enume-
rata. Antecedens patet ex eo, quod sine aliquo ex illis nequit
intelligi integra significatio vocis predestinatio: ergo
debet intelligi 1° causa aliqua predestinans, seu
subiectum in quo sit ratio trahendi predestinandi; et hoc
subiectum nequit esse nisi solus Deus, cum nullus alius possit
perducere efficaciter creaturam in beatitudinem: 2° item
ratio hec in Deo existens debet esse efficax: nam si talis
non foret, non diceret respectum efficacie providentie; at
predestinatio debet esse providentia efficax ut omnes
Theologi supponunt ex dictis et Patribus: ergo talis ratio
debet esse efficax, et infallibiliter inferens finem beati-
tudinis, quod cum dicat et aliter hec ratio directiva efficax
sit in Deo, dicemus sequentibus, sive id sit de
linea intellectus sive voluntatis. 8

Preterea quod creatura predesti-
nanda futura sit rationalis, per intellectualis creatura
preter eorum quod est communis theologorum comprehensio, quia

magni Rev. in his usurpationibus. ergo ostendit facile d̃ig subiecti praedestinandi debet esse tale ut sit capax obtinendi finem ad quem est praedestinatio stricte talis, sed sola creatura rationalis est hoc modo capax: ergo illa debet esse subiectum praedestinationis. minor probatur: nam finis praedestinationis est assecutio eternae beatitudinis quae formaliter est possessio summi Boni, atqui haec possessio solius est propria creaturae rationalis, cum sit actus intellectus vel voluntatis vel utriusque simul ut supponimus ex materia de beatitudine. Unde etiam dictum quod finis praedestinationis debet esse eterna beatitudo, quae id continuit usus accipiendi vocem praedestinatio in stricta ac propria significatione. Denique quod media cum ratione sint talia, ut illa sua libertate hunc finem infallibiliter assequantur clare colligitur ex eo quod vox ista denotat huius finis assecutionem propter merita subiecti adulti, quod praedestinatur, quia media ad consecutionem talium finium debent servare eius libertatem alioquin merita non erunt.

9 Praedestinatio in sua propria significatione significat decretum aliquid in Deo existens, ubi cuius creatura rationalis deputatur efficaciter, et infallibiliter transmittitur in Beatitudinem supernaturalem, itaque haec deputatio dicat etiam aliquam prioritatem seu antecessionem, quae satis innuit illa praepositione prae ut supra notabamus, et infra amplius declarabitur. Debet etiam esse ratio ordinis in Deo existens ubi cuius creatura dirigatur ad finem eternae felicitatis infallibiliter consequendum, quod cum includat formaliter rationem Divinae licet specialis providentiae, necesse est dicat in suo conceptu conceptum formalem providentiae.

Lo Post hanc rationem significatam per vocem praedestinatio dari apte ratio, et

ex parte Divinæ prædestinatis existere authoritas Divina et humana; hæc non efficax ad persuadendum authoritas quidem Divina, quod fidei quæ huic authoritati innititur hoc docet. Ut videre est pluribus Scripturæ testimoniis quorum copiam qui vellet adeat P. Montialtum disp. 1. sect. 4a, quod docemur aliquorum nomina scripta esse in libro vitæ, et regi in cœlis aliquos electos esse cum Deo regnaturos in æternum; aliisque paratum esse regnum ab origine mundi, et alia huiusmodi. Sit pro omnibus illud evulgatum Divini Pauli ad Romanos 8: quos præscivit, hos et prædestinavit; quos prædestinavit, hos et vocavit, et quos vocavit, hos et iustificavit; quos autem iustificavit, illos autem et glorificavit. Huic accedit Tridentinum sess. 6 cap. 12 ubi supponit existentiam Divinæ prædestinationis, hæc ipso quod damnat temeritatem illius qui apud se certo statuat, se omnino esse in numero prædestinatorum. 51

Huc pervenit authoritas humana Sanctorum Patrum præsertim Augustini et Prosperi, qui per integra volumina hanc existentiam ita statuunt ut supponant potius quam probent. Audiat Sanctum Augustinum de bono perseverantiæ cap. 14: Nam quisquis dicere audebit Deum non præscivisse quibus esset daturus ut crederent, quos utique non præscivit omnino, sicut quos nos dignatur liberare præscivit. Hæc prædestinatio Sanctorum nihil aliud est. Prosperus pariter in responsione ad Gallos hanc existentiam supponit dicens: prædestinationis autem fides multa Sanctorum authoritate tum Scripturarum munita est. Accedit ergo efficax ratio quam habet D. Thomas hic art. 1o. etenim perfectæ providentiæ Divinæ est ordinare creaturas ad suos fines; ut finis creaturæ rationalis est æterna

Beatitudo. ergo quia evidens est tales creaturas esse ordinatas ... ijs dictis. at Deus plures ad istum finem preordinavit efficaciter. ergo plures predestinavit. haec minor probatur à posteriori: nam plures cuiusmodi felicitatem assequuti sunt: ergo Deus illos preordinavit. et tandem quia efficax preordinatio nihil aliud est, nisi eadem positio divina sub qua creatura realiter ... posuit, et propria assequatur talem finem. cum ergo nomine predestinationis intelligatur in Deo haec preordinatio, videtur tales preordinationem in Deo existere, quod quidem plures eum finem assequuti sunt de facto;

12 Dices responsio esse inefficacem, et probatur: quod ex eo, quod plures assequantur beatitudinem, non sequitur in Deo preexistere predestinationem: ergo hinc non probatur existentia predestinationis in Deo. ans probatur quia neque creatura ut precise assequens gloriam, neque Deus precise ut retribuens exigunt quod preexistat in Deo predestinatio; atque si predestinationem exigerent, peterent quod preexisteret: ergo probatur maior. non quidem creatura; quod si precise illi dentur illa auxilia quae de se ... sunt efficacia independenter a ... precogitatione preexistenti, ... gloriam ut ... infra declarabitur. Non etiam Deus; nam si Deus conferat haec auxilia sine preconcepta intentione conferendi gloriam et post collationem videat merita poterit se movere ad conferendam gloriam; in quo repugnantia nulla apparet. atque ... aliquis assequitur gloriam non presupposita existentia predestinationis, ut dictat ... ex ... sententia alibi tradita ... alias

assequi gloriã medijs efficacibus necessariò ad probandum existen-
tiã Divinæ prædestinationis.

Dices, hoc argumentum probare 13
quod ex actuali assequutione gloriæ inferri nequit
prærequisita existentia prædestinationis Divinæ ex natura
rei; sed tantum probat, in hac vera serie, in qua nobis constat,
Deum ea auxilia tribuere creatis, ut efficacia
et illorum collatio oriatur ex voluntate eos salvandi, hoc
est tribuendi eis gloriam. unde ex natura rei evenire poterit,
quod quis vitam æternam consequeretur ex meritis, ut quod non præsup-
ponat antecedentem deputationem ad gloriam illi conferendam;
non tamen potest hoc accidere in hoc ordine qui currit, in
quo, ut dixi, nobis constat media ad salutem conferri a Deo
ex intentione consequendi gloriam. addo quod si nomine
prædestinationis solum intelligas prior existentia alicuius
ex parte Dei, tunc nullus assequeretur gloriam quin
sit prædestinatus; ceterum id non evenit ex indigentia
consequutionis, sed ex perfectione voluntatis Divinæ, quæ
debet habere ab æterno actus, quos intelligit habitura
in tempore.

Caput VII.

Declaratur ulterius Divinæ prædestinationis existentia.

Supposita prædestinationis existentia, superest, exponamus 14
nonnulla, quæ ad eiusmodi existentiam videntur pertinere.
Quæsit, an prædestinatio ita existat in Deo, ut potuerit
non existere. hoc negamus in Deo absolute libera sit
prædestinatio: hoc quidem pro extra dubium debemus; quod
liberum Deo est creaturas rationales condidisse: quod liberum erit, eas
prædestinare, cum prædestinationis decretum præcedat
ad creato existentiæ: quod cum liberum Deo sit hoc decretum

etiã erit libery et illud. constat hoc ex eo: q neq. it esse narij simpliciter id qd absolute dependet ab alq pro libero. Rursus hec petimq, an libera sit Deo prędestinatio ex supp[ositio]ne creationis harũ creaturarũ intellectualiũ vel illarũ; est enĩ nobis omnino certũ qd Deus etiã supposita creatione ñ tenet elevare creat. rõales ad finẽ supernalẽ, aliquin finis iste debitus eet alicui ex his creaturis, vel saltẽ collectioni earũ, qd repugnat eius supernalitati, vi cuius debet eẽ iste finis indebitus oibq et singulis creat. rõalibq existentibq. Ergo neque in hypotesi p[ro]ductionis harũ creaturarũ tenet Deus ad earũ prędestinationẽ in gloriã.

25 Preterea neque inquirimq, an supposita creaturarũ p[ro]ductione intellectualiũ, et earũ ellevatione in finẽ istũ eternę beatitudinis, teneat Deus dei vel aliquẽ determinate prędestinare. est quippe in dubitatũ, qd facta hac suppõne ñ tenet Deus prędestinare hominũ collectionẽ, nec etiã pruẽ in particulari. Ratio firma ẽ, de oibq. qd Deus sanctissime operatur, plures relinquit in manu consilij sui, et salutẽ ñ sequunt: ergo ñ tenet Deus adoiũ prędestinatiõẽ. ptz conã: nã si teneret, eius operatio sancta, ac iusta ñ foret dũ aliquẽ ñ prędestinaret. De singulis determinate etiã pbat: qa nihil ẽ ex parte uniusq. creę pręditia, ut illa alligat, cũ nos docent Pp. oibq, qd negotiũ prędestinationis ñ ẽ volentis neque currentis, sed Dei miserentis. atque Dei miserere huiq determinate pre alio ẽ qd omnino libery Deo, cũ sit specialissimũ beneficiũ, qd confert huic pre alijs: ergo qd hanc Deus determinate prędestinet deo libery omnino ẽ, aliquin specialẽ beneficiũ ñ foret qua doctrina intelligitur debet

De

de predestin.ᵉ creaturæ intellectualis, quæ in statu hoc creata
distinctè homines et angeli; cconter quod Deus non tenetur
prædestinare aliquem casu posito, quod homines et angeli [29]
angelus, neque aliquis ex angelis vel hominibus in particulari.

Dices [26]

2.º quod solus potest esse, virtus supposita conditione creaturæ
rationalis, et ellebatione earum ad finem eternæ
beatitudinis, teneatur Deus aliquos prædestinare, et
efficaciter perducere usque ad assequationem tali fini
quibus obstitus non sit ad hanc, aut illos in particulari
prædestinandos. In difficultate ita proposita docet Pater
Alonso dist. 1.ª sect. 4.ª num. 8.º, quod licet necessarium
simpliciter non fuerit, Deus aliquos prædestinaverit,
tamen moraliter fuit necessarium, quod Deus aliquos creaturas
rationales prædestinaret in hypotesi facta, esto, liberum
sit hos aut illos determinate prædestinare. Ratio est: quod
aliquos ita prædestinari est certum moraliter, ergo Deo
moraliter necessarium: antecedens probatur: nam aliter non deceret magis
perfectissimam providentiam rerum creaturæ rationalis ellebatarum
in talem finem; nec Deus operaretur secundum tantam
ad suam bonitatem, innatamque se communicandi propen-
sionem: ergo certum moraliter est quod Deus in prædicta
hypotesi aliquos prædestinavit; atque adeo ex
suppositione conditionis et ellebationis rationalis creaturæ
Deo liberum non est aliquos in determinate prædestinare.

Ego [27]
3.º consenter ad doctrinam traditam precedenti disp.ⁿᵉ num.º
68 censeo 1.º etiam supposita rationalis creaturæ productione
et earum ellebatione ad finem beatitudinis eternæ, ad-
huc Deo liberum esse aliquos prædestinare. Ratio a pri-
ori est: quod etiam facta hac suppositione solus tenetur

Deus attribuendo ea media sub quibus creatura possit
assequi talis finis itaque per Deus non stetit quo minus
illus asse quatur; at hoc stare potest cum eo, quod nulla
creatura praedestinetur: ergo non tenetur Deus ad praedestinan-
dum aliquam ex his creaturis. Probatur maior: nam
Deus etiam tunc solum tenetur ad tribuendum id, quod de-
cuit ex vi ellebationis ut per se patet: at ex vi
ellebationis solum tenetur ad dandum id quod satis sit ad
talis finis consecutionem: ergo solum obstringitur ad colla-
tionem mediorum, sub quibus creatura possit. Minor etiam
probatur: nam Divi cientia sufficiens et in hac linea per-
fectissima stare potest cum hoc quod nulla creatura ratione sui
finis omnis assequatur: ergo etiam stare poterit cum eo quod nul-
la praedestinetur.

Censeo 2°. quod sibi naturalia non fuerit Deo
praedestinatio modo dicto, adhuc naturalis fuit necessitate
quadam decentiae et congruentiae rationi bonitati divinae
quod Deus aliquas creaturas regia praedestinavit. Videns
ista quae communiter etiam adducunt rationes adductae cum de-
monstratione probant necessitate morali, quae rationes hoc solum prob-
ant et non aliud. Praeterea omne sic probatur. Deum
ellebare creaturas rationales ad gloriam et nullam earum ita guber-
nari a Deo, ut consequatur regula talis finis, videtur
esse incongruum divinae bonitati, quae plus manifestaret
si in actu 2° se communicaret talibus aliquibus creaturis.
Ergo ex congruentia decentiaque Deus manet necessi-
tatus ad praedestinandum aliquas ex his creaturis.
Omnia probantur: tum quia videretur frustranea praeparatio donorum
gratiae, si nullus assequeretur gloriam: tum etiam quia Deus vid-
eretur impotens salvare homines, si nullum in talis finis
actu perduceret: ergo ut hoc vitaret decendum est

Deus

Deus hac necessitate teneri ad aliquos praedestin-
andos.

Dices. et ad minus hoc necessitas congruentiae cum
debet admitti in Deo necessitas moralis praedestin- 19
andi aliquos: ergo si necessitas moralis non ponitur
in Deo, neque necessitas congruentiae. Antecedens probatur: quia
necessitas moralis nihil est aliud, nisi quod stante prudenti
existimatione videatur infallibile Deum aliquos prae-
destinaturum; sed necessitas congruentiae [illegible] infert hoc
ipsum: ergo. Probatur minor: quia hoc ipso quod sit magis congrum
divinae bonitati aliquos reipsa praedestinare et in gloriam
perducere, videtur etiam infallibile in prudenti existimatione,
quod illos perducet in gloriam reipsa: ergo necessitas praedictionis
congruentiae infert idipsum quod infert necessitas quae dici-
tur moralis. — Sed negando antecedens probationem, admissa majori, non
minori; ad eius probationem non, antecedens. nam infallibile non est quod Deus
teneatur ad faciendum id, quod optimum est, sed solum tenetur ad
faciendum bonum. unde licet hoc optimum foret quod omnes
omnino homines elevabat ad supernalem finem, praedestin-
aret, adhuc non teneretur ad tales praedestinationes. At ipso stat,
quod prudenter iudicemus non tali consilio divinae bonitati
non sit aliquos habere in genere praedestinati magis elluceat
ipsius pietas et bonitas quae illi praeparet auxilia
non praecise sufficientia, sed etiam efficacia ad talem finem
aeternae beatitudinis. 20

Quod hic etiam oportet dicere, est an
praedestinatio ita antea existat in Deo, ut solum significet,
per vocem praedestinatio prioritatem illam et ante, ab aeternitate
ad tempus, itaque praeexistentia praedestinationis solum sit
existentia actus divini ante existentiam in tempore
cuiusvis creaturae, tamen a ita existat in Deo, ut per illam vocem

Nunc fiat antecedentia rationis per actus Divini habeant
ante praevisionem conditionatam, vel absolutam meritorum. hoc
dubium duplici distinctione partes eius quae controversae, alia enim
videtur certa, et alia est et videtur nimis dubia. Certum est prae-
destinationem ita existere antea in Deo ut per vocem istam denotet
prioritatem aeternitatis ad tempus, et antecessionem actus divini
ad existentiam cuiusvis creaturae. Dicitur hoc praesertim ex Apostolo
ad Ephesios 1º ubi dicit, elegit nos in ipso ante mundi consti-
tutionem, et etiam 1ª ad Corinthios 2º. loquimur Dei sapientiam
quam praedestinavit Deus ante saecula: quod certum debet esse
quia praedestinatio ita antea existit in Deo, ut denotet ante-
cessionem illius ad tempus et ad existentiam creaturae
quod etiam dicitur ratione ex eo quod Deus ratione suae intrinsecae
immutabilitatis habetur ut ab aeterno quoscumque
actus qui de eo verificetur in tempore: ergo si Deus in
tempore intelligit praedestinatos in veritate divina realiter
creatos ab aeterno eos praedestinavit.

Nihilominus dubium
22 valde est an praedestinatio existat in Deo ita antea ut sit
prior ipsis meritis seu operibus creaturae rationalis liberae. mihi
vero certum etiam apparet, quod ex vi significationis vocis
praedestinatio denotet existentiam illius designationis
in Deo ante absolutam meritorum creaturae praevisionem.
ratio est: quia ita frequenter accipitur a nobilibus Theologis: quod
in vi significationis talis vocis praedestinatio ita
existit in Deo antea, ut habeat antecessionem rationis ad merita
ad ultimum et dirigi ad illa ex scia media de eventu futuro sub his auxiliis, tunc hoc coniunctum simul cum voluntate generali erit vera praedestinatio ad gloriam post merita et praecedens absolutam existentiam eorum, ergo ita etiam potest dici ex parte Dei ista praedestinatio. Patet totum, quia nulla est repugnantia in eo quod Deus habeat scientiam mediam de illis operibus, et simul ex eius directione habeat praefatam voluntatem, ex probatis; neque ex his unicum coniunctum cum praedicta voluntate erit praecedens absolutam meritorum existentiam, inferens quae gloriam non aliter conferendam quam dependenter a meritis: ergo erit vera praedestinatio in nostro ex posito.

293 Haec vera sunt si voluntates istae conferendi auxilia ad ea opera meritoria inter se sint non subordinatae, neque inter se sint dependentes, ita quod voluntas de secundo auxilio efficaci habenda non sit nisi praesupponat primum meritum, et sic de tertio ... secundi, et de caeteris usque ad meritum finale, si namque, ita haec in subordinatis in eo coniuncto de habitu praedestinatio, et non quae praecedat absolutam existentiam suorum meritorum, quod ibi sit praedestinatio, patet ex proxime dictis, quod non praecedat existentiam absolutam suorum meritorum probatur quia per hoc praecise quod voluntas de tribuendo secundo auxilio pendeat a positione primi meriti, prius debet videri existens primum meritum quam habeat voluntas collativa auxilii ad illud et sic de reliquis sibi usque ad ultimum, sub quo de decessu in gratia: ergo nequit ista praedestinatio esse ante absolutam suorum meritorum praevisionem.

Probo consequentiam: praedestinatio formaliter est in coniuncto suorum ... voluntatum praesupposita generali ut supponimus.

coniunctum

dunctis hoc est ante absolutam eorum meritorum praevisionem et per se patet, praeter quam cum istarum voluntatum subordinatione: ergo neque praedestinatio est ante absolutam suorum meritorum praevisionem. 294

Quibus hoc ita sint ad huc dico. licet voluntas collationis auxiliorum, de quibus hactenus, ita sint subordinatae, nihil omnino stare potest ex parte Dei praedestinatio, quae inferat horum voluntatis et distinguat ex voluntate generali salvandi omnes, sitque ante absolutam praevisionem meritorum. explico dico. scientia divina media non solum cognoscit, quod eveniet in voluntate petri v.g. si ei conferat auxilium a. videlicet quod consentiet vel non consentiet libertate ut hactenus diximus, verum etiam cognoscit Deus scientia media sua decreta praedestinationis futura ut probavi in disputatione de auxiliis loquens de ista scientia, et quae omnium Doctorum Nostrorum fuit. ergo scientia media non solum cognoscit Deus, quod faciet petrus, si ei conferat tale auxilium v.g. quod illi consentiet et ponet suum meritum; sed etiam cognoscit per aliquam futuritatem talis sui quam voluntatem habiturus esset ipse Deus circa collationem aliorum auxiliorum ex suppositione quod ipse consentiet, et poneret suum meritum. haec vera legitima est. probo ex media. haec scientia media, qua Deus cognoscat quam voluntatem ipse habiturus sit ex suppositione primi meriti conciliata cum voluntate generali, et particulari de conferendo illo auxilio efficaci dicitur, quod est finaliter praedestinatio ad gloriam praeter merita et praecedit eorum suam absolutam praevisionem: ergo licet voluntates istae in se sint subordinatae et expectantes positionem absolutam

præcedentis meritorii, adhuc poterit intelligi vera prædestinatio dependens a meritis, et ante omnia eorum absolute existentiis.

295 Probatur assumptum, et quidem et quod illud coniunctum sit formaliter prædestinatio videtur perspicuum. Nam est aliquid se tenens ex parte Dei, vi cuius creatura rationalis infallibiliter perveniet in beatitudinem. Ergo formaliter est prædestinatio. Antecedens probatur: quod positis illis duobus, scilicet voluntate generalis gloriæ conferendæ cuivis decedenti in merito finali, scilicet scientia media est infallibile, quod quis decedet in tali merito, si quidem per illam scientiam formalitatis videtur Deus contingentia cum priori omnia reliqua usque ad finale meritum, denique scilicet primæ voluntatis collatione purificatur conditio. Ergo coniunctum hoc est aliquid vi cuius creatura rationalis infallibiliter traducetur in beatitudinem. Patet consequentia: quia actus conditionatus infallibilis, purificata conditione, infert infallibiliter obiectum positionis absolutæ. Rursus quod ita prædestinatio sit ante absolutam omnium prævisionem meritorum, facile probatur: nam illud coniunctum præcedit statum absolutum omnium et singulorum meritorum: ergo est ante eorum absolutam existentiam. Probatur antecedens: quod si in præcedenti forent scilicet voluntatis purificantis conditionem, scientia enim media et voluntas generalis certo præcedunt, ipsum dent etiam rationem prædestinati. Atqui scilicet voluntatis purificantis conditionem etiam præcedit: siquidem hæc voluntas est collativa primi auxilii ad primum meritum, et hoc ipso immediata illius: ergo præcedit statum absolutum meriti atque adeo totum coniunctum in quo formaliter est prædestinatio, hæc dependens a meritis

antecedit eorum ejus absolutam previsionem. Ipsa hec 296
doctrina, supponamus in Deo dari nunc cognitionem si perro
conferat hunc auxilium ad diversos. Habebit et homini
ita respondenti ego confero alia, sive ad eos cor
respondeat sub aliqua sive cum interruptione
sub qua tandem decedat in gratia; hac ipsa decedet in gratia - ex directione istius scientie fiat
Deus voluntas conferendi hunc auxilium simul actu
voluntatem salvandi eos, si habeant merita finalia
hoc quamvis inferat infallibiliter gloriam, et antecedit
statum absolutum meritorum ejus: Ecce et ita predesti
natio. in illud quamvis potest reperiri ex parte Dei
et tali predestinatio. assistat quoad actum
voluntatis, supponitur enim existens voluntas gen
eralis, et non videtur difficultas in voluntate collatione
auxilii primi. quoad illum actum scientie medie probatur.
nam de facto cum plurimos homines videt Deus versus
illos in statu absoluto, ut experientia testatur.
a priori ad istius notitiam id cognovit in statu
conditionato. distat enim: quod quod ponitur in statu
absoluto dependenter ab aliqua conditione
prius fuit cognitum a Deo in statu conditionato;
cum prius supponat cognoscibile pro tali statu; ergo
in Deo dari potest cognitio hujusmodi: ergo ex illa
poterit constitui predicta predestinatio.

Caput 4um

Occurritur adversis objectionibus. 297

Dices 1o contra hanc nostre Resolutionis partem. nequit reperiri
vera et realis predestinatio in statu posito volu
ntatis generalis scientie medie, et voluntatis collationis

auxilij: ergo praedestinatio requiritur ex illa voluntate generali. Antecedens probatur. Nam praedestinatio debet inferre infallibiliter gloriam, sed coniunctio illius non infert: ergo. Probatur minor: quia nulla pars divisive infert: ergo neque ipsius coniunctio: consequentia supponitur. Probatur antecedens: quia nequit inferre coniunctio, nisi inferat, saltem ratione alicuius partis, cum neque ad illius haec gratia inferendi, quia non hoc verificetur ratione alicuius partis reperta in toto, ut videre est in aliquibus gratiis enuntiabilibus de aliquibus compositio, sive gratia corpus, corruptibile est. Quam doctrinam nos ipsi statuimus supra a numero 147: ergo si nulla ex praedictis partibus habet vim illationis gloriae, neque illius habebit coniunctio: atque adeo in illo non reperietur vera ratio praedestinationis.

298 Respondeo nego antecedens, ad cuius probationem admissa maiori, nego minorem. Probationi distinguo antecedens et nego consequentiam. Minoris probationi nego antecedens. Quia stare potest quod praemissae divisive non habeant vim illationis rationis, et quod coniunctio illius habeant utcumque in hoc silogismo. Si homo vocetur auxilio a Deo vocatur tali auxilio: ergo convertitur. In quo singulae praemissae non inferunt, et omnes coniunctae utcumque apparet. Ergo stare poterit quod singulae partes illius praedestinationis non inferant gloriam et quod omnes simul habeant eius illationem. Neque argumentum ad hominem factum, neque exempla adducta probant contra nos, quia ratio gratia inferendi non est vaga, et intrinseca illi coniunctio, quare non militarent contra nos exempla adducta sicut nos ea obijcimus contra necessitatem moralem, de qua gratia intrinseca determinatum et collectiuis; ac propterea verificatur de toto coniuncto,

Id

quod habet vim inferendi gloriam non est de sui genere per 119
tibus quod autem plura grata sint huiusmodi, constat etiam
Tironibus qui explicant suppositiones collectivas.
Dices 2.º quia 299
bus in Deo non daretur scientia media, adhuc daretur sufficiens
ens antecedens ex voluntate generali, et voluntate collativa auxilii,
ut ibi intelligeretur praedestinatio: ergo non oritur
praecise ex illis voluntatibus et scientia media. antecedens probatur
nam seclusa scientia res ita evenirent, ut re ipsa homo
ille decederet in merito finali ex vi talis voluntatis.
ergo solum in illis voluntatibus intelligeretur praedestinatio.
Hoc argumentum solutum est supra, et ibi diximus deberi distinguendo
antecedens: posita sola illa voluntate intelligeretur praedestinatio,
quae sit formaliter talis in Deo, nego antecedens; quae sit
materialiter sit praedestinatio, concedo antecedens. loquimur autem de beneficio
de praedestinatione formaliter tali, in cuius Deus sciat media
conferenda non esse posita frustratione; sed infallibiliter habitura
effectum, et in cuius conferens ea media operetur ut specialis
beneficus sui praedestinati. quae omnia non reperientur
in ea praedestinatione, si scientiam mediam excludamus
ab illius constitutione
Dices 3.º contra praecedentia solutiones 300
traditas. scientia non efficit quod ista praedestinatio sit talis in
Deo formaliter: ergo seclusa illa adhuc non carebit praedestinatio
formalis. probatur antecedens: quod Deus per illam scientiam non constituitur
praedestinans, sed solum merita conditionate futura
quae merita praedestinatio non sunt: ergo talis scientia
non reddit Deum ut formaliter praedestinantem neque praedestinatus
talis in Deo. probatur consequentia: nam scientia id praestaret,
si Deo repraesentaret ipsum praedestinatum: ergo si illum non
repraesentat, non reddit praedestinatum formaliter talem in Deo.

Ad 2.um dico ergo: scientia non efficit se solam quod praedestinatio sit talis ruinae Dei, secundo ergo, non efficit id in ratione aliorum actuum, nego ergo, ut enim praedestinatio formaliter sit talis, non requiritur quod Deus reflexe cognoscat, id quod est praedestinatio, sed solum quod Deus sit instructus ea notitia, per quam maneat certus quod auxilia conferenda casum non reddent et per quam cognoscat se tribuere donum maius in ratione doni praedestinato, quam non praedestinato. Sed scientia media hoc praestat formaliter ut supra diximus: ergo reddit praedestinatum formaliter talem ruinae Dei, ergo praedestinatio requirit solum merita conditionate futura.

Dices

301 4.o contra 2.am nostrae secundae partis. Si posset dari praedestinatio dependens a meritis et non absolute eorum futuritione, nempe modo exposito numero 294, falsum erit quod possit dari praedestinatio, consistens ex voluntate generali, et aliis voluntatibus, quae non praecedunt absolutam existentiam omnium meritorum, ut dicebamus numero 293: ergo utrumque quod dictum est simul fere non valet. Probatur consequentia: quia praedestinatio solum erit illud complexum prius quod intelligatur in Deo, inferat quae infallibiliter gloriam, licet etiam inferat alias voluntates quae necessariae sunt, et quasi intermediae ad gloriae positionem, atqui complexum illud, quod prius intelligitur, est id quod praecedit absolutam existentiam eius, et singulorum meritorum: ergo in hoc complexo, et non in alio erit formaliter ista praedestinatio. Hic minor constat: nam absoluto complexo valet ad aliud, et non e contra: ergo complexum hoc est prius, consequenter quae inducet rationem praedestinationis formaliter.

302 Ad hoc nos in praesenti non debere, quod sit de facto praedestinatio formaliter, sed solum investigare quod sufficeret ex parte Dei, ut supponitur

voluntatem generali, quo Octavo dat intelligere aliquid divinum quod si solum existeret, intelligeretur Deus, ut praedestinans aliquam, nec quod sit ens ex perfectione Divina reperiatur in Deo aliud connexum quod etiam possit intelligi ut praedestinatio formaliter. unde Authoris factum non impugnat nostram doctrinam. illi Respondebunt negando. Consequentiam ubi probationi distinguo maiorem. praedestinatio erit illud connexum prius, si tale foret ex indigentia effectus concedo maiorem, si tale sit solum ex perfectione Divina nego maiorem. praedestinatio enim solum ex indigentia sui obiecti solum petit quod ex parte Dei sit aliquid Divinum inferens infallibiliter gloriam dependenter a meritis sive illud praecedat absolute suum eorum existentiam sive non — potest aliter etiam distingui eadem propositio: praedestinatio erit illud connexum prius quoad constitutiva sufficienter praedestinationis, omitto maiorem: quoad constitutiva varia nego maiorem. hoc est praedestinatio sufficienter reperitur in eo connexo, etiam non varie, quae in actu etiam potest reperiri: ad nostrum quo in suo probabili constitutivo formali Beatitudinis diximus quod ea sufficienter reperitur in actu intellectus vel in actu voluntatis, licet neutrum totalitatem requirat, quia quilibet est forma adaequata adaequatione sufficientiae de quo videri poterit Dominus Hispalensis.

Dubium 9.^a

Utrum sit collis electio Divina efficax ad gloriam ut coronam ante opera praevisionem meritorum.

Caput 1.

Aliquorum praemittuntur sententiae referuntur.

Duplex in Deo potest distingui voluntas qua aliquid

obiq alia q. dicimus inefficacis et alia quas efficaces appellamus. inefficax talis e. ut voluntas possit adhuc inclinari ad ejus contrarium et quod illius carentia consistat cum positione talis obji. efficax e. vero ea quae talis ut ei resisti non possit. ita quod si ea voluntas supponatur existere existimus sit infallibiliter eius objectum, sive illud sit existentia rei, sive destructio illius. de voluntate inefficaci qua salutem hominis vult non e. nobis sermo in praesenti, cum diximus ex dictis praecedenti, et quod illa voluntas in Deo dari itaque non sit solum voluntas signi, sed vere voluntas beneplaciti, et quod illa praecedit praevisionem meritorum licet sit dependens a libris quae sunt in Deo ante notitiam tam absolutam quam conditionatam meritorum. solum ergo inquirimus de voluntate efficaci ex qua Deus vellet hominibus gloriam propter merita, et antecedat notitiam absolutam et conditionatam meritorum. hoc e. de voluntate sub qua inevitabile sit quod ponat gloriam, et ejus merita sub quibus illa conferenda sit.

304 In hoc puncto Thomistae omnes, et omnes Scotistae cum Patre Fabbi, non solum statuunt post hujusmodi voluntatem dari etiam docent eam de facto esse omnino necessariam in praedestinatione Divina antecedere quae tam scientiam visionis quam mediam de meritorum existentia, et haberi a Deo post scientiam simplicis intelligentiae decorum de meritorum possibilium. e contrario vero omnes ad unum Patres Societatis docent, praedictam voluntatem efficacem et antecedentem praevisionem meritorum non esse ponendam in Deo pluribus titulis. sicut etiam pro hac sententia omnes ii exteri Theologi qui scientiam mediam in Deo statuunt; illa enim admittitur ut sub voluntate Divina efficaci salvetur libertas creata, quae salvari

requirit sub huius modi volunt. ante operationis de futuritione meritorum quot, qualisque sint eius modi thei, videri poterit apud P. Genaa de scientia media praesertim eventilat. 44. 305

Ante Resolutionem Veritatis

Notandum 1º difficultatem istam non intendi de infantibus et usu carentibus: quod his non tribuit gloria seu ipsorum corona, sed solum ut hereditas acquisita ex meritis Christi Domini: unde cum ex parte ipsorum merita non requirant, neque aliquas eorum liberas operationes, inde fit quod talis ellectio terminata ad ipsos non repugnabit, quod sit dependenter efficaci aliorum meritorum videlicet Christi Domini, in quo eadem superest difficultas ac in nostris. solum ergo vocamus in examen ellectionem istam rei adultorum, quibus Deus ferenda sit non solum ut hereditas, sed etiam ut corona rei ipsorum.
Notandum 2º extendi quaestionem istam, seu posse intra se includere ea, quae rogat, an possit Deus praefinire ~~[illegible]~~ efficaciter operationes liberas creatae omnes per visionem talis operationis, hoc est ante notitiam de futuritione tam absoluta quam conditionata liberae operationis. Ratio mihi probia est: nam si Deus posset efficaciter intendere gloriam ut coronam ante omnem praevisionem meritorum, poterit etiam velle efficaciter meritum ut meritum ante omnem praevisionem illius: ergo poterit etiam velle efficaciter operationem ut liberam ante omnem eiusdem praevisionem. Probatur consequentia: quia meritum ut meritum dicit praecise operationem liberam ut liberam: ergo si potest velle efficaciter meritum ut meritum, poterit etiam velle operationem liberam ut liberam. antecedens probatur: nam quia intendit efficaciter gloriam per merita vult eadem efficacia ipsa merita, quae sunt media ad talem gloriam sive ea vellit per eiusdem

actus intentionis seu dicti seu nario illatiuest prime,
ut cernit et in nostris efficacibus intentionibus qui ... si Deus
potuit intendere efficaciter gloriam pro ter merita ante
quam eorum previsionem, poterat etiam velle efficaciter mer-
ita ante similem previsionem. Et econtra: quia voluntas
ista intendens vel est, vel infert volitionem efficacem de
ipsis meritis, et econtra de ipsa operatione libera prout
libera est. Unde de utraque discursus pariformiter
sentiendum est.

306 Cum hoc tamen discrimine quod voluntas
secundum quod est intentio dicitur electio respectu ad gloriam
sub quibus terminis modo loquimur, et secundum quod est volun
tas de ipso opere prout libero, vel meritorio dicitur
predefinitio. Decretum, aut voluntas efficax. Propterea
dicimus nos non preferamus circa electionem illam efficacem,
in dictis autem feremus circa decretum, aut predefinitionem
efficacem libere operationis ante quam illius previsionem
sive absolutam, sive conditionatam; quod enim diximus
de electione dictum etiam volumus de predefinitione
in qua militant fere omnes rationes in presenti adducendae.

307 Nota-
ndum discrimen quod reperitur inter dilectionem, et electi-
onem, quod nos tenemus assignare, quia id videtur supponi
a D. Thoma dum hic quaestione 23 art. 4 docet, quod predes-
tinatio cum non presupponit electionem, et electio dilectio-
nem; ergo aliquod discrimen cum non debet reperiri inter
hos actus prout tales sunt. Ex ultimo eximente eius de
Angelis preceptis satis expresse in corpore huius
articuli, quod dilectio solum dicit actum quo vellimus
alicui bonum, electio vero dicit et actum quo vellimus
alicui bonum pre aliis, quibus nollemus cuius nisi bonum.

hac voce praedestinatus recte dicitur a Deo dilectus quatenus Deus illi vult bonum Beatitudinis. ut etiam electus quatenus illi vult tale bonum prae non praedestinato vel praereprobo. — Praeterea hac etiam voce recte dicitur, quod praedestinatio praesupponit electionem et electio dilectionem, quatenus videlicet dilectio ut talis latius patet quam electio, et electio quam praedestinatio: ipse enim dicitur via sua distinctione praedestinatio ut talis, quam electio formaliter; et electio ut talis dicitur etiam ipsius quam dilectio formaliter. ergo hac voce praesupponet praedestinatio electionem et electio dilectionem. Dicitur enim quod hac voce dilectio se habet ratione electionis sicut genus subalternum ratione infimi; et electio ratione praedestinationis, sicut genus infimum ratione speciei. ergo sicut ista habent prioritatem, et alterum praesupponit ad alterum, sic evenit in dilectione, electione et praedestinatione. 308

Notandum ultimo quod licet Thomistae et Scotistae, conveniant in adstruenda hac voluntate efficaci, quae sit electio ad gloriam ante opera meritoria praevisa; adhuc longissime distant in medio quod inferunt ex tali voluntate. nam Thomistae statuunt istam electionem ita efficacem, et ex vi illius medium seu auxilium ex se et ab intrinseco efficax ratione meriti ponendi; siquidem ex vi huius voluntatis confertur a Deo physica illa praedeterminatio qua in eorum sententia indigent causae, etiam liberae ad suas operationes: Scotistae vero solum inferunt auxilia adiungenda infallibiliter cum merito, nec determinant, an sit intrinseca aut quale eorum efficacia; quin imo potius inclinant in auxilia ex se in differentia, et adiungenda infallibiliter cum

merito ex vi, et energia istius ellectionis ita efficacis.
in hoc namque vno ~~vnan~~ vnanime sunt quod scilicet ellec-
tio haec ex se efficax stare possit cum eo quod gloria inten
datur vt corona ante praevisionem meritorum; et consequenter
quod possit efficaciter intendi a Deo operatio vt libera
ante notitiam de futuritione tum absoluta tum
conditionata talis operationis.

Caput 2us

309 Impossibilis est ellectio efficax ad gloriam vt coronam
si praecedat ante praevisionem meritorum.

Plura congesta sunt ex parte nostra ad hanc propositionem
resolutionis, et quibus efficacissime suadetur impossibilitas talis
ellectionis ex se, et ab initio efficacis. ea omnia ad
vnicum reduci possunt, cui nemo quoque ex integro satis-
fecit licet serium meditetur et advertat ad solutiones.
id autem hoc vnum est (quo excluditur aliquibus ex ef-
ficaciore definitione operatione libera vt tali) quod
nimirum talis ellectio repugnet cum libertate quae necessario debet
reperiri in operibus meritoriis dependenter a quibus glor-
ia vt corona intendi debet et sine quibus nequit vere
elligi in gloriam vt in bravium: ergo talis ellectio impossibilis
erit, vtpote continens repugnantiam, quod intendatur
dependenter a causa libera, et eius libertatem evertat.
Probatur

310 quod ellectio ita efficax evertat libertatem: etenim
facultas libera illa est, quae positis omnibus requisitis con-
currentibus ad operationem potest ponere actum et oppositum eius,
ex indifferentia dominii propria agentis liberi; et posita
hac ellectione efficaci non manet in agente haec indif-
ferentia: ergo neque libertas. maior est veritas catho-
licis certa, et ita admittitur ab adversariis, cum

nebissime ~~diff~~ finita ~~est~~ sit de Tanvenij et Tansenij 123
probatur minor multipliciter. Primo quia posita hac electione manet predestinatus determinatus ad operandum et impeditus ad non operandum: ergo non manet in illo indifferentia propria libertatis. Consequentia patet quia stare nequit in dicta vera determinatio ad unum extremum et impedimentum ad oppositum. Antecedens probatur: nam hoc electio est antecedens inevitabile predestinato, et determinans ad positionem meriti ac impotens disiungi cum opposito meriti: ergo sub illa manet predestinatus determinatus ad operandum et impeditus ad non operandum. Quod hoc antecedens sit inevitabile probatur quia talis electio ponitur omnino independenter a dissensu predestinati, et supponitur, consequenterque ponitur in Deo sine homine: ergo aliunde infertur infallibiliter dissensus erit antecedens inevitabile. Dilatatur: quia antecedens inferens dissensum solum erit vitabile predestinato quatenus in ipsius potestate sit, quod ponatur vel quatenus in ipsius potestate sit vis illativa illius; at neque positio electionis est in potestate predestinati ut adversarij supponunt cum ponatur electio antecedens ad praevisionem dissensus; neque vis illativa illius est etiam in eius potestate cum efficacia sit intrinseca, neque a dissensu dependens ullo modo: ergo talis est inevitabile predestinato; atque adeo non relinquit in illo indifferentiam propriam libertatis. 311

Probatur illa minor: nequit homo esse indifferens ad operandum et non operandum, si antecedenter omnino maneat determinatus ad unum extremum: at sub hac electione manet predestinatus omnino antecedenter determinatus ad operandum: ergo non manet cum indifferentia ad operandum et non operandum.

maior supponi debet ut omnino certa, quia hoc solum potest esse discrimen inter causas liberas et naturales, quod istae antea sunt determinatae ad suas actiones, et sic necessitatae, illae vero non: quia etiam praedeterminatio est necessitas antecedens satis inimica libertati nostrae, quae non est solum libertas a coactione, sed etiam libertas a necessitate, ut est communis sensus etiam Thomistarum determinantium, tandem autem sede domini Jansenius. probatur consequentia: quia determinatio omnino antecedens est necessitas ad operandum, sed ista electio est prius determinata omnino antecedenter: ergo sub illa manet praedeterminatus omnino antecedenter determinatus. maior probatur: quia determinatio ad unum est necessitas formaliter unius extremi: ergo determinatio quae sit omnino antecedens erit similiter antecedens necessitas. probatur secundo: quia nulla alia ratione necessitat agens nisi quia determinat; cum per determinationem tollat indifferentiam: ergo sicut determinatio vera est vera necessitas, ita antecedens determinatio erit necessitas antecedens. atqui haec electio affert secum determinationem ad operandum, et illam affert omnino antecedenter ut supponit ab adversariis: ergo affert secum antecedentem necessitatem, sub qua ratione nec Thomistae docent manere illam libertatem.

312 Tertio probatur eadem minor: non potest esse mihi indifferens positio operationis, si mihi non est indifferens positio causae connexae metaphysice cum tali operatione sed haec electio mihi non est indifferens, et illa est causa metaphysice connexa cum extremo operandi determinate: ergo nequit esse mihi liberum hoc extremum sub tali electione. maior ostenditur: nam ut mihi sit indifferens operatio requiritur quod ego possim illam ponere vel oppositum illius: ergo si esset causa sit inevitabilis requireret quod ego indifferens sim ad positionem vel non positionem causae. sit exemplum. ego ligo

ellum

ligatis pedibus non sum indifferens ad incedendum
et non incedendum, nisi praecognitum sim indifferens ad
tollendum catenas, ex qua infertur non incessus, et tollere
eius mihi impedimentum; vel praecognitum fuit indifferens ut
in me poneret hoc impedimentum, potero quoque
illud vitare: ergo si res ita non eveniat negare esse
liber et ligatus: ergo neque mihi erit indifferens op-
eratio, ad quam adest causa ex inferens inevitabiliter, nisi
praecognitum positio dictae causae mihi indifferens sit: minor
primi silogismi probatur: nam allectio illa quam in
Deo absque dependentia mei consensus est ante
cognitionem ipsius; et eius auctor Deus statuerunt, ut
est causa vel mediata vel immediata ipsius operis, siquidem
est efficax ut etiam asserit ab his Doctoribus: ergo mihi non
est indifferens, et aliunde est metaphysice connexa cum
extremo operandi tali: ergo mihi non erit indiffer-
ens tale extremum, et consequentia: quia illud mihi foret indi-
ferens, si mihi esset indifferens causa metaphysice connexa
cum illo. 318

Probatur secundo praedicta minor: ut mihi sit indiffer-
ens operatio, debent esse indifferentes praemissae ex
quibus illa certo deducitur; non possunt esse mihi indifferentes
praemissae posita hac allectione: ergo: maior certa
videtur: quia si mihi necessarium est eius, nequit esse liberum
oppositum extra illud; probatur minor; nam ut praemissae sint
mihi indifferentes debet esse in mea potestate illas falsi-
ficare, si eas sint necessario verae, respondent eadem
necessitas in oppositis: atqui sub hac allectione non possunt
falsificare praemissae ex quibus necessario deducitur opera-
tio: ergo praemissae illae non sunt mihi indifferentes. minor
constat: quia praemissae sunt istae: Deus allexit efficaciter

ad gloriam post merita non potest non ponere merita, ergo
ellectio ad gloriam post merita ellectione efficaci: et quod
omnes nequeunt falsificari. Tamen ergo quod veritas per
dicens ad scientiam simplicis intelligentiae, quae non pendet a
libero decreto; quod non est in mea potestate cum non sit vo
lentis neque currentis sed solius Dei miserentis: ergo
non possunt falsificare has praemissas quod si possent illae
futurae erant in mea potestate.

324 Minor illa probatur. Non est
mihi indifferens positio ellectionis efficacis neque
dispositio operationis cum tali praefinitione: ergo neque
potest esse mihi indifferens extremum oppositum dictae connexionis
cum ea declarata est: quod hoc extremum erit indifferens, vel quia
tum est indifferens positio ellectionis vel quia tum est indiffe
rens dispositio seu ~~[illegible]~~ operationis decretae cum
ellectione. Antecedens probatur quoad primam partem; nam positio elec-
tionis ponitur a Deo independenter a mea libertate
cum ponat ante operationis praevisionem decretum, ergo eius positio
non est mihi indifferens. Patet consequentia: quod mihi erit indif
ferens si a me dependeat aut a meo decreto
et aliter mihi indifferens esse non potest. Probatur etiam antecedens
quoad secundam partem: nam mihi non est indifferens effectus istius ellec-
tionis: quia quod ab ipsa oritur ex connexione metaphysica
cum effectus ellectionis tam connexus cum illa et extremum oppo
situm dictae connexionis, ut docent adversarii: ergo neque dispo
sitio huius extremi cum ellectione potest esse mihi indif
ferens. Declaratur etiam: quod ut mihi foret indifferens, oportet
erat quod non infertur metaphysice ex ellectione. Licet enim
voluntas creata sit et cum ea creata talis extremi quod
istud conveniat ab alia causa adaequata adaequatione
sine effectu et metaphysice connexa cum illo, si mihi non est

indif

indifferens positio talis causae nequit esse indifferens coniunctio effectus cum illa: cum mihi non est indifferens positio ellectionis neque oppositio operationis cum illa: obstante ea, adequatum quod mihi ibi superest quod sit indifferens, et consequenter quod mihi superest libertati. 129

Denique probatur intenta minor. Nam si extremum operandi qualitate esset indifferens voluntati foret etiam ipsi vitabile, non est ipsi vitabile posita ellectione efficaci ante operis previsionem: ergo non est ei indifferens. maior est certa et nota ipsa libertatis, per quam nobis vertitur vitio vel laudi actus quos potuimus vitare. probatur minor: nam voluntas nequit vitare illud extremum ad quod precise ponitur inevitabilitas independenter ab exercitio ipsius voluntatis; si enim supponatur in statu inevitabili, ultra potuit facere talis voluntas quod vitare non potuit in tali statu. atqui voluntas sub tali ellectione est in statu inevitabilitatis ad extremum operandi qualitate ut supponitur ab his Doctoribus, cum talis ellectio tolli nequeat, volunt, neque impediri vis illativa illius: ergo tale extremum sub hac ellectione non manet evitabile voluntati, et consequenter neque ipsi liberum. mitto alia nec pauca nec levia quae vexari possunt contra hanc ellectionem et ea dabimus suo auspice dum de Divinorum auxiliorum efficacia dicemus. 315

Caput 3um

Effugia adversariorum precluduntur.

Frequentior his diebus Doctoribus facta est 316
illud gravi pondere ...

paratas fuerint solutiones, et exigi a lectori possunt. Itaque responsio sicut indigna est quae a viris theologis exhibeatur, ita indigna iudicio, ac a viris cordatis impugnetur. efficacia quippe alicuius rationis non ideo minuitur, sed potius commendatur plures ipsius quae ei parerent responsionibus ubi si una tantum foret sufficiens, ceterae viderentur superfluere. hac ergo pretermissa reliquas, quae diversae sunt solutiones audiamus.

317 Primum dicunt soli Thomistae, et etiam scholastici electionis istius non officere libertati quia licet Deus perquerellit? aetate, istius operationis antea, non vult solum operationem habitus, sed etiam modum ipsius. cuius modus sit ipsa libertas non solum vult efficaciter Deus quod fiat operatio, sed etiam vult efficaciter quod libere fiat. ergo voluntas Divina efficax non officit libertati operationis si simul vellit, et intendat eiusdem operationis libertatem; quae doctrina ex forma tradit Divus Thomas 1a pte. quaest. 19 art. 8 corpore, dum ait. cum voluntas Dei sit efficacissima non solum sequitur quod fiant ea, quae Deus vult fieri, sed quod eo modo fiant, quo Deus ea fieri vult. vult autem quaedam fieri Deus necessario, quaedam contingenter. ergo voluntas illa Divina efficax non solum intendens operationem sed etiam modum illius nempe libertatem. ergo sub electione ita intendente licet efficaci stare potest libertas operationis.

318 Divus tamen est, ubi addit Angelicus Doctor noster, quae scilicet Divina voluntas efficax dicitur: et ideo quibusdam effectibus aptavit causas necessarias quae deficere non possunt ex quibus effectus de necessitate proveniunt. quibusdam autem aptavit causas contingentes

de effectibus, et quod effectus contingenter eveniant.
Deus volens efficaciter nostri libertatis debet illam velle per media quae non officiant libertati; aliter esset chimerica et voluntas intendens libertatem et exhibens media illi contraria: sicut si ignis daretur calefacere per frigiditatem aut aqua infrigidare per calorem. Hinc sic: Deus posita hac voluntate efficaci ante praevisionem operis, Deus intenderet operationes liberas per media eversiva libertatis: ergo est ... in minori: nam poneret aut ... est in potestate creae et inferret infallibiliter operationes ut supponunt ad vertentiam: ergo poneret media eversiva libertatis. Ad nostrum quod si quis diceret, se allicere spontaneae movere pros, ad operationes, ad quas traheret ut impelleret; hinc etiam voluntates erit libertas sub vera necessitate in operando. 319
Resp. Thomistae, inter quos est Ioannes a Sto Thoma in 1a parte tomo 2 disp. 5a art. 6o nostram voluntatem fore liberam sub eiusmodi voluntate Divina efficaci, quod nostra operet voluntas sub contractione voluntatis Divinae, per in... est, et si se contraret se ipsam formaliter per opus actus; cum contractio creata eminenter contineatur in illa contractione voluntatis Divinae. — Contra tamen est 1o, quod hinc solum sequitur, quod contractio nostra contineat in contractione Divina non vero e contra: cum contractio Divina non sit in nostra potestate neque nobis libera, etiam non erit libera neque in nostra potestate operatio. 2o, nam licet res contineantur in Deo effective, et hoc vel virtualiter vel eminenter, non tamen continent quoad suos effectus formales, ut tales: ...

albede dtinet in Virtute Dinâ et munus dealban di ffaliter n̄ dtinet in tali Virtute, ut ro vite reperta in volunt^d atq dtinet in Deo, et vivere ffaliter voluntatis n̄ reperit in Deo: consequenter etiam reperiet munus se detrahendi, qui ātteffiy ffalis, et ppriis libertatis. 3° q si rōe huius dtinentie remaneret in nobis libertas ffaliter sub hac volunt^d Dinâ efficaci nullus posset excogitari actus Divinus per quem creâ necessitaret ut posset â Deo vere necessitari, pbat illatio: nq qui cumque actus assignet dtinebit Virtualiter, aut eminenter detrahendi voluntatis; et rōe huius dtinentie perte eli ber ffaliter. q nullus erit qui possit esse n̄ arius.

320 3° Resp^t solutione simili precedenti, videlicet qd voluntas Dinâ efficax n̄ necessitat, quia bis ita anter detet voluntas creata: q^e nimirus hec detractio n̄ causat necessitate et infallibilitas libere operationis, ut nos ipsi admittimus q^d sub predestinat^e Dinâ operatio infallibilis est, n̄ tamen necessaria. ita int̄ alios Albendo le q^t^e disp^d 57 sect^d 3^a: Sed 2^a est nq id nos intendimus ergueto facto qd scilicet hec infallibilitas quae fundat inevitabiliter in tali ellectione, n̄ sit precise infallibilitas, et etiam necessitas rii operationis. etenim hinc naria ē operatio quae ita est infallibilis, quia anter ad op detrationis voluntatis ponat aliq^d ex quo infallibile et inevitabile sit, qd talis operatio ponat, ut sepe dictu a nobis est, et posita hac ellectione efficaci, ponit anter aliq^d sub quo infallibile et inevitabile est, qd ponat operatio, ergo posita hac ellectione n̄ solus ē infallibilis et etiam naria eius mi operatio; atque adeo hec infallibilitas

pugnat cum libertate, est quae longe alia ab ea quam
dicimus ponimus, quae solum orit a nostro sensu vel fundat
in dependentia ab illo, et ideo tenea nobis evitabilis
est. 321

Resp. 2°, est quae solutio altera Joannis a S. Thoma
citati: necessitas orta ex volunt. Divina efficaci esse
necessitatem consequentis, et ex suppositione, quod sit talis voluntas,
et necessitas ex suppositione non officit libertati. Ut Doct.
Societatis admittunt; fundat quae in illo principio manifesto
Quod est ex suppositione quod sit, necesse est esse: ergo necessitas
orta ex hac volunt. Divina cum sit necessitas ex sup-
positione non pugnabit cum libertate, et indifferentia vo-
luntatis creatae. Haec omnia nugae sunt et puerorum sper-
nenda. et quidem libertas non laedit per necessitatem ex sup-
positione, si suppositio fuerit in potestate voluntatis,
et oriat ex eius determinatione: si vero non sit, orit necessitas
omnis vis libertatis, et ipsius eversiva. alioqui fieret 1°
quod homo vinculis ligatus posset libere currere; 2°,
quod voluntas sub visione Beatifica non esset necessita
ta ad amandum. 3°, quod humanitas unita hypostatice
Verbo esset libera ad peccandum: siquidem ex sup
positione horum oritur necessitas ad haec, ob quam quae non daret
ablata tali suppositione; atqui similiter se habet
necessitas orta ex volunt. Divina efficaci ergo vel
illa non est compatibilis cum libertate vel dabit vera lib-
ertas in exemplis adductis. Quod nullus Thomista
admittere potest. 322

Propterea dicunt 3°: verum esse quod vol
untas Divina efficax inferat antecedenter operationem nostram, adhuc
tamen haec est fractiter libera, quia supponit expresse intus
iudicium rationis indifferens, hoc est indifferenter proponens

amabilitas obiecti itaque reperit amabile utrumque extremum illius. Unde libertas quae formaliter est in voluntate radicaliter est in intellectu, ita respiciente obiectum et propterea stare potest, quod voluntas a Deo determinata et operatio sit libera, quia indifferens iudicio proponente obiectum libere amandum. Haec responsio communis fere antiquis et modernis accepta a magistro Bañez 1 parte quaestione 14 articulo 13, et usque modo tradita a nullo est impugnata; et ea putamus iudicio inexplicabilis est illius responsio. Ergo libertas formaliter non coalescit solum ex indifferentia iudicii dirigentis sed etiam ex indifferentia potentiae activae ad agendum et non agendum pro dominio suo. Et licet detur indifferentia iudicii, si non detur simul indifferentia virtutis operativae non dabitur formaliter libertas. Consequentia patet: nam si non detur haec indifferentia in voluntate non dabitur principium formale libertatis in potentia illa quae formaliter libera. Minor probatur: quia licet detur indifferentia iudicii sub hac electione, sub illa non datur indifferentia activitatis ipsius voluntatis determinatae ad unum extremum: ergo sub hac determinatione non est libertas formaliter. — 2° quia stare potest indifferentia iudicii cum necessitate ad unum extremum: ergo per illum modum indifferentiae non salvatur ratio libertatis. Probatur consequentia: nam si mihi proponatur duplex obiectum quod est amabile, et Deus determinaret concursum ad amorem unius, tribueret vero ad amorem alterius, tunc voluntas non esset indifferens licet haberet tale iudicium, neque poterit exercere libertatem, licet iudicium sit quantumvis, indifferens: ergo stare potest iudicium indifferens sine libertate propter defectum indifferentiae virtutis activae quae defectus habet voluntas sub electione determinata efficaci ut constat: ergo etc.

159

Veniamus tandem ad responsionem quam frequentissime 128
nimirum ad distinctionem sensus compositi et divisi quam pas- 323
sim utuntur qui D. Tho. mu... querentes, quod a nobis aut
nequeant aut nolint eam committere in ea contenti. dicunt
enim quod posita hac electione efficaci caritatis non tollitur
libertas creata ad meritum, quia licet in sensu composito
nequeat voluntas ponere non meritum, potest tamen
in sensu diviso ab eiusmodi electione. hoc est quantum
agere possunt; quod nequit voluntas creata coniungere
simul quod ex parte Dei det illud decretum efficax, et ex
parte ipsius det non meritum; si vero secludamus tale de-
cretum, poterit creata ponere non meritum. unde positio me-
riti libera est sub electione gratuita creata voluntas
est indifferens sine decreto ad utrumlibet de se, licet
per decretum determinata sit antea ad meritum potius quam
ad non meritum. 324

Haec responsio licet a nobis late reiecta
sit in controversia de auxiliis, pro praesenti impugnatur meo iudicio
manifeste primo ex conceptu et natura libertatis requisitae ad
meritum. et quidem libertas in actu primo est indifferentia potentiae
talis ut simul simul tamen virtute sit facultas ad
extrema opposita, ut constat ex communi definitione
potestatis liberae. Sed stante hac responsione non intelligitur
talis facultas: ergo neque ratio libertatis. minor probatur.
Quia stante hac solutione non datur simul facultas ad
utrumlibet ut patet: Sed subscribe gratuitas eius electione potest
unum extremum, et diviso ab electione aliud, ut constat
ex ipsa responsione: ergo non datur simul facultas ad utrum-
libet; consequenter neque libertas fruitur. Secundo quia
posita hac solutione nullum erit medium, sub quo intelligatur
Deus posse necessitare voluntatem creatam et re ipsa potes-

q. quod vi medij assignari dici poterit quod voluntas adhuc est libera quatenus in sensu diviso potest ponere oppositum licet requirat in sensu composito illius. — 3° nam hinc etiam sequeretur quod humanitas Christi Domini sub unione hypostatica, et voluntas in patria sub ~~[illegible]~~ visione Dei esse libere amat et illa libere potest peccare: consequens certum quod humanitas in sensu diviso ab unione et voluntas Beati in sensu diviso a visione possunt peccatum committere, et Deum non amare. Cum potestas illa quae ad unum extremum sit in sensu composito, et ad aliud in sensu diviso ~~[illegible]~~ non est potestas propria libertatis — mitto hanc ac solutionem quam [illegible] Janse- nius ipse a illa gratia ineluctabili dicens negat libertatem cum differentiis ~~[illegible]~~ tamquam figmentum Scholasticorum Theologorum, ut expresse habet lib. 8 de gratia Christi Salvatoris, cap. 4, ubi postquam exploravit nec non physicam praede- terminationi ait: quid quod ab adversariis dici potest unica illa duplicitas sensus compositi ac divisi, quam isti praede- terminationis physicae defensores adhibent, sed ibi ac dissi- pari potest. — haec Jansenius.

325 Dices Pro hac Dei provisione voluntas esse libera sub efficaci decreto contrario quod per hoc quod possit in sensu diviso ponere ~~[illegible]~~ non meritum, potens est etiam in sensu composito ad non meritum ipse. hoc autem porro sufficit ad indifferentiam ~~voluntatis~~ libertatis; quamvis enim voluntas non sit potens ad conjungendum simul decretum cum non merito. Contra tamen: nam potestas ista ad non meritum ipse videretur inijecta nam voluntas etiam ipse non sufficit ad rem vere libertatis [illegible] probatur consequens: nam non est libertas quae nunc sit, quia tunc erit quando divisio tunc enim erit potestas ad non meritum et modo illa non est: ergo quod ita sit potens non sufficit ad libertatem. —

2° nq si ex potestas sufficeret ha[bere] necessitas [ex] parte
hominis libere non peccaret et voluntas beati libere
Deus amaret libertate indiff[erentiae]. quod nec Thomista
nec scotista admittere potest. Ubi vel illatio quod virtus
ecta peccato Deus et non amore Deus strictus ipse posse
illis rebus in sensu diviso ut supra dicebam. ecce
esse. 326

Mitto solutiones alias excogitatas a nostris quando
quidem vel sunt vel reducuntur ad praedictas. talis est
illa qua haec necessitas orta ex electione dicitur coens
quod dependet causa prima, licet praecedat electionis
Dei. et ea qua averit decretum hoc Divinum certare
per nos libertatis et non naturae, atque adeo libertati
non adversari. ut illa qua intendit, meritum per eam
electionis efficacis intentum esse vitabile, quod refertur
ad decretum quod intentionis licet non sit, quod refertur ad
decretum quod efficax. Denique illud meritum vitabile
esse quod rei pictae voluntas creata, quod his non sit quod
rei pictae Divinae. — Quibus omnibus praeter eas quae dicta
refutantur ex dictis ad unum respondeam quod didici ex
D. Augustino lib. 3° de libero arbitrio Cap[ite] 18. et
si laboriosum omnia mandare memoriae hoc brevis
simum bene quo eam quae sit causa est voluntatis
si non potest ei resisti sine peccato caeditur, quoties esset
nimium libertatis, ut operatio maneat imputabilis.

Caput 2[um] 327

Quinta opposita spe Deferuntur.

Ante quam aliquam per species differentiae cultas videntur
haere Deaboniarum, adstandum est quod quae illa saure
scriptae loquutiones quasi ad versarios hic ingerunt
Augustinus in sua da binus disp. 43 ds serma fort de

affectione ad gloriam, qui e contrario ad summum probare poterunt, quod talis affectio sit ante absoluta, non vero ante conditionatis meritorum praevisionem. contentiones partis iuvare possunt pro Thomistarum praesenti. unde id unum modo dicendum, quod nimirum ista affectio licet ex se efficax sit habetur a Deo post suam conditionatis definitionem meritorum eo modo quo diximus sequenti itaque dicimus, non vero aliter ut dictat ex nostra sola in praesenti tradita. qua solutione occurrendum est auctoritati D. Thomae quoties videtur admittere affectionem efficacem ad gloriam ante praevisionem meritorum, quae testimonia accipi debent de praevisione absoluta eorum, non vero de conditionata.

328 Notandum praeterea quod in praesenti non debemus immorari in iis quae saepe soluta, et ad hoc saepe nobis obiecta sunt de summum universale et verum axiomatibus et positis in philosophia, dum de concursu Dei seu causae secundae disputatur. tale est illud, Deus est primus liberans et primus determinans, quod verum est si ita accipiatur, ut Deus causa sit a qua nobis insunt vires ut determinemur vel ita quod li primus denotet prioritatem dignitatis quae reperitur in Deo respectu creaturarum. tale etiam est hoc: causa secunda agit ut mota a prima. quod verum est si intelligatur de motione quae est productio, causa enim secunda agit ut producta a prima et ut habens vires ab illa, et in hoc sensu ut mota non aliter. tale denique est illud, a priori indifferenti ut non differenti nequit oriri actio determinata. quod in Deo a parte falsum est, qui se determinat se ipso quoad liberas operationes; verum tamen est non in creaturis in illis causis, quarum indifferentia oritur ex dominio in suas actiones, in illis enim in quibus indifferentia oritur ex

ex dominio ut eveniat in casum liberum, eo [illegible] renti potest convenire electio omnium [illegible] his requisitis a Doctoribus nostris declaratis bonis [illegible] et haec volunt omnino antea et efficaci. 329

Deus

amat praedestinatis efficaciter media efficacia ad [illegible] gloriae et coronae; ergo habet electionem efficacem ad talem gloriam ante praevisionem meritorum [illegible] supponit. [illegible] amor mediorum oritur ex amore finis: ergo si Deus amat efficaciter media supponit antea amasse efficaciter finem praedestinatis, et consequenter eos elligere efficaciter ad gloriam. — Dicendum [illegible] antecedente negando consequentiam: ad cuius probationem omisso antecedente quod falsum est [illegible] ad efficaciam intentionis ex dictis [illegible] praecedenti a numero 294, et nego consequentiam. Nam licet demus amorem efficacem mediorum oriri debere ex amore efficaci finis, [illegible] non sequitur quod illa intentio finis habenda sit ante consequentiam operum praevisionem; [illegible] erit quod habeatur post [illegible] conditionatam et ante praevisionem absolutam, ut potest haberi ex nostra Doctrina inferius explicanda.

Obijcies 330

[illegible] Deus [illegible] supremi Dominus in creaturas, et in earum actiones debet et praedefinire efficaciter et antea operationes creaturarum: ergo etiam poterit elligere efficaciter ad gloriam et coronam ante praevisionem meritorum. [illegible] legitima est: quod id unum inconveniens reperitur in hac electione quod merita necessario requisita non ponerentur libere. [illegible] probatur D. Augustino de correptione et gratia cap. 14, dicente: Deus habet humanorum cordium, quos placet inclinandorum, omnipotentissimam potestatem. Magis quae habet Deus in manu sua voluntates

liberum arbitrium [illegible] est a Deo [illegible] electione si supponatur [illegible] requisitis [illegible] nego: si non supponatur, concedo.

hominy quæ ipsi sucy. et sic ad illud Dominiy requi
rit ex parte Dei voluntas efficax omnino conjuncta cum
tali Dominio debet ita præ definire operationes liberas
creaturæ. 2° quia Deus est qui dominatur actionibus creaturæ sive
liberæ sive naturæ, cum omnia creata æque subsint
tali dominio; et ideo Proverbiorum 21 dicitur sicut di-
visiones aquarum ita cor Regis in manu Dei est, quo-
cumque voluerit vertet illud, ubi per cor significatur determinati
o ipsa electio voluntatis cujusque creaturæ. 3° Deus qui domi-
nus potest auferre præ definire operationes tam non liberæ
efficaciter quam etiam et liberæ. Sed nunquam si Deus non Do-
minus nequeat præ definire operationes liberas, magis
Dominus haberet creatura in talibus operationibus quam Deus,
illationis probatur quia creatura potest pro nunc necessario præ definire
efficaciter suas operationes: ergo si Deus id non posset magis
erit Dominus creaturæ. 4° quia Deus ~~[illegible]~~ intimior
est nostræ voluntati quam nostra anima et sub do-
minio animæ est operatio voluntatis, ita ut possit ab
ipsa mutari in aliud quam eligerit sub dominio Dei
potentis determinare ad aliud.

331 Iam vero minor illa quæ circum-
illarum probationum continet nempe quod ad intimum Dei dominium
